

A

357


iv.

TUDOMÁNYOS AKADÉMIA

MIKROFILMTÁR

KÖNYVTÁRA

A MAGYAR



*

*

BIBLIOTHECA

BUDAPEST

HUNGARICAE

ACADEMIAE SCIENTIARUM

1959

FOTO
Sz. T.

1

SANCTUS CAROLUS
BORROMAÆUS.
KOLOZSVÁR, 1699.
SZK. II. 1954.
LH.: MTAK-RM. II. 293.

RM. II. 293

Sanctus Carolus Borromaeus.
Kolozevár, 1699.
SzK II. 1954

R.M. Ir. II. 293

SANCTUS
CAROLUS BORROMÆUS,
Tutor & Pater Pauperum.

M. ACADEMIA
KÖNYVTÁRA *Honori*

EXCELLENTISSIMORUM, ILLU-
STRISSIMORUM, MAGNIFICORUM
AC SPECTABILIUM GUBERNII
TRANSYLVANICI PROCERUM;
NEC NON TOTIUS INCLYTI STA-
TÛS ROMANO-CATHOLICI:

Dum

Sub eorum gloriosis auspiciis be-
nè merita de re Literaria Juventus Virtutis, Do-
ctrinæque præmiis remuneraretur:

AB

*Illustrissima, Magnifica ac Spectabili,
Perillustri, Nobili ac Ingenua Pontificio-Regia Aca-
demia Claudiopolitana JUVENTUTE in Sce-
nam datus*

Anno à partu Virginis M. DC. XCIX. Die Jun.

CLAUDIOPOLI,
Ex Officina NICOLAI KIS de M. TÓTFALU.

A R G U M E N T U M.

Sanctum Carolum, Mediolani Nobili Borromeorum Familiâ natum, Ludo theatriali proponere placuit. Hic cum sub paterna esset Cura, Genitorê admonerat, nè redditus abbatia, quâ insignitus fuerat, in rem familiarê converterentur. Ubi sui juris factus, quidquid supererat, expendebat in pauperes. Breviarium Romanum in diem IV Novembris. Quod sub Poëtico Schemate ita digessimus. Ut Carolum propensiorê in pauperes Genitor non nihil moderaretur, suo redditum Juri Ministris Argirio pecuniarû tenace, Harpago proprio Commodo, Glorino familia splendore, Entimo sui honoris cupido instruit. Carolus contrarios sue pietati Ministros nihili pendens; Uranio Cæli affectui, Munus elargienda eleemosyna cõmittit; et ut ad fores aula pauperû amor semper excubaret, statuit. Cui ut ministri obsequi viderêtur, Dolum fictum pauperum amorê foribus præficiunt: cujus fraudibus insimulatos pauperes, repudiatis veris eousq; Caroli pietas Munifica fuit, donec fraudium evolveretur series: quâ evolutâ, verus pauperum amor duos post carceres, in intimam Caroli amicitiam venit. Quem amor accepto inter arumnas à Divina Providentia Cardinalitio pileo, ob insignem in pauperes affectum donat.



P R O L O G U S.

Caroli pietas Crumenis instructa, se ornatu spolians, obvios pauperum Genios vestit, & Crumenas donat. Redux Cardinalitium reperit pileum. Intel- ligit ex nemorum voce, hunc Misericordiæ esse præmium.

A C T U S P R I M U S.

S C E N A I.

Carolum Genitor sui Juris facit, cui Ministros Argirium, Entimum, Glorinum, Harpagum adjungit. Carolus Uranium Ephœbum eligit.

S C E N A II.

Glorinus sollicitatur, nè ob Caroli in pauperes liberalitatem à Paupertate offuscetur. A Morptheo in somnum inducitur. Cui Cardinalitia purpura in somnio apparet. Hâc in spem erigitur. Entimus ex insidiis observans indignatur; Acheronta movere statuit.

S C E N A III.

Uranus apud Cererem pro frugibus, apud Monticolum Auri Præsidem pro pecuniis perorat; spondent abundantiam, nî Plutonis machinis impediuntur.

S C E N A IV.

Carolus sumptibus Aulæ Argirium, Pauperum verò Eleemosynis Uranium præficit. Ministris contraeuntibus non movetur. Harpago Amor pauperum foribus præficiendus committitur.

A 2

S C E N A

SCENA V.

Entimus Plutonem evocat; statum Aulæ, & Erebum contemptum, ac Pauperes solos esse in deliciis refert. Indignatur Pluto: Dolum, & Fraudes, ut Caroli pietatem impediant, mittit.

SCENA VI.

Harpagus obvium pauperum amorem jugulat; in rabiem actus, se quoque interimere contendit; sed à Dolo impeditur. Hic se Amorem pauperum mentitur, quem Harpagus in aulam inducere statuit.

SCENA VII.

Uranus Caroli peculium dividit; Argirio necessarios Aulæ sumptus committit; superfluum pro pauperibus reponit; Rationes à Præfectis accipit.

SCENA VIII.

Harpagus Dolum simulatum amorem in aulam inducit, quem blandè salutatum excipit Carolus, & ut in adventum pauperum invigilet, fores ei aulæ committit. Harpagum Carolus pro fideli opera aureo Numismate donat.

CHORUS.

Genius Pauperum lætus ad portum misericordiæ navigat; sed ab adverfa fraudium tempestate rejicitur.

ACTUS SECUNDUS.

SCENA I.

Entimus sollicitatur, nè Plutonis fraudes ab Uranio, & Carolo præveniantur. Intelligit ex Argirio Harpagum aureo Numismate devinctum. Amorem Pauperum Claves aulæ tenere; Cererem & Monticolum Carolo favere. Malè ominatur Entimus; Plutoni sacrificare decernit.

SCENA

SCENA II.

Dolus simulatus amor mendicos abigit; fraudes mentientes diversos pauperes detinet. Hos Uranus benè nummatus relinquit; fraudes ob delusum Uranium, saltum instituunt.

SCENA III.

Entimus Plutoni sacrificat, & ad Cererem, & Monticolum Erebi Legationem impetrat, ut hos à Caroli amicitia avellat.

SCENA IV.

Pauperes extinctum miserorum amorem resuscitant, ac ad Carolum mittunt. Agnitus à simulato Amore captivatur, quem Harpagus in carceres trudit.

SCENA V.

Carolus secedit in Eremum; fruges, & fodinarum anni fructum pauperibus destinatum Deo offert. Eremicolarum austeritate ad contemptum Mundi excitatur.

SCENA VI.

Plutonis Legatio ad Cererem, & Monticolum pergit; at nihil impetrat. Indignatur Musmand Legatus. Tempestati fruges conterendas; Mittico Diabolo fodinas turbandas committit.

CHORUS.

Mendacium in thronum gloriæ à fortuna sublimatur, sed mox inde deturbatur. Cujus locum occupat Innocentia, docens: instabilem esse gradum per Innocentiæ ruinam obtentum.

ACTUS TERTIUS.

SCENA I.

Amor Pauperum suam, & Miserorum sortem in carcere deplorat. Hunc Divina Providentia eventu rerum solatur, eique Cardinalitium pileum committit, Carolo pauperum Tutori dandum.

A 3

SCENA

SCENA II.

Dolus simulatos pauperes quærit; non invenit; veros iteratò repellit, qui ad fores aulæ fame enecantur.

SCENA III.

Carolus de pauperum cura sollicitus, ex Uranio rationem accipit, quid in pauperes expenderit? ægrè fert Carolus parum esse expensum. Uranius per amorem se excusat. Reperiuntur Mendici mortui ad fores. Luget Carolus. Uranius Causam in pauperum amorem conjicit.

SCENA IV.

Fruges Tempestate destruuntur. Montium thesaurus à Mittico aufertur. Fit umbrarum saltus.

SCENA V.

Entimus exultantem reperit simulatum Amorem. Intelligit esse odium. Gratulantur de successu fraudium, quos Uranius occultè observat.

SCENA VI.

Carolo destructas fruges, & montium ablatos fructus referunt. Ille pœnam Dei interpretans, Deum deprecatur. Simulatos Mendicos deprehendit. Uranius Doli, & Entimi fraudes detegit.

SCENA VII.

Harpagum mala conscientia in desperationem inducit. Scriptis ad Carolum literis fraudes detegit. Ephœbum Smucillum amovet, & erepto à Conscientia pugione, se confodit. Smucillus redux Harpagum deflet.

SCENA VIII.

Dolus & Entimus Pauperum amorem in carcere jugulare intendunt. Smucillus detectas fraudes, & Harpagum occisum refert. Fictus amor dolo malum eludendum ratus, Amorem ex carceribus liberat, & sui loco vigilem ad fores constituit.

SCENA

SCENA IX.

Carolus Amorem ad fores excubantem capi curat. Dolus simulat se fratrem Harpagi. Accusat Amorem pauperum esse Dolum, & Harpagi occisorem. Innocens amor in carceres condemnatur. Uranio Harpagi mors examinanda committitur.

SCENA X.

Uranius apud Harpagum literas deprehendit, quas celeriter ad Carolum refert. Dolus & Entimus sceleris conscii fugam capiunt. Smucillus sibi timens, horum fugam referre decernit.


SCENA XI.

Uranius adfert Carolo Harpagi literas. Scelus agnoscit. Smucillus sceleratos Dolum & Entimum fugisse narrat. Innocens Pauperum amor è carceribus educitur, quem Carolus in intimum Amicum recipit. Hunc Amor Cardinalitio Pileo donat. fit plausus.

EPILOGUS.

Genius Academiæ Romano-Catholicæ, alumnos suos ad applaudendum Inclyto Gubernio Transylvanico, totique Statui Catholico excitat; grates rependit, & omnia fausta precatur.





NOMINA ACTORUM.

- Parens Caroli:* D. Nicolaus Bede, Nobilis Siculus ex Tribus Sedibus, Logices Auditor.
- Carolus:* D. Michael Mihácz, Nobilis Siculus ex Tribus Sedibus Logices Auditor.
- Rosellus, Fraterculus Caroli:* Joannes Haller, L. B. Ungarus de Haller-kö, Parvifla.
- Harpagus:* D. Franciscus Fekete, Nobilis Ungarus ex Comitatu Nitriensi, AA. LL. & Philosophiæ, nec non infimæ Classis Grammatices Magister.
- Uranus:* Emericus Janko, Prænobilis Siculus ex Tribus Sedibus Rhetor, è Convictu Nobilium.
- Entimus:* D. Paulus Lázlo, Nobilis Siculus ex Tribus Sedibus Logices Auditor.
- Glorinus:* D. Franciscus Gergelyfi, Nobilis Siculus ex Sede Udvarhelyi Logices Auditor.
- Argirius:* Antonius Geréb, Prænobilis Siculus ex Tribus Sedibus Poëta, è Convictu Nobilium.
- Amor Pauperum:* Gabriel Haller, L. B. Ungarus de Haller-kö Syntaxista, è Convictu Nobilium.
- Dolus:* D. Emericus Fodor, Nobilis Siculus ex Sede Csik Logices Auditor.
- Fritillus:* Wolfgangus Apor, Prænobilis Siculus ex Tribus Sedibus Rhetor, è Convictu Nobilium.
- Smucillus:* Martinus Füleki, Nobilis Ungarus Fülekiensis Grammatista.
- Præfecti & Ministri:* D. Stephanus Thoroczka, Prænobilis Ungarus ex Comitatu Tordensi Logices Auditor.
Samuel Thoroczka, Prænobilis Ungarus ex Comitatu Tordensi Poëta.
Paulus Benkö, Nobilis Siculus ex Tribus Sedibus Poëta.
Gabriel Konez, Prænobilis Ungarus ex Comitatu Albenfi Syntaxista, è Convictu Nobilium.

Ephabi:

- Joannes Balog,* Prænobilis Siculus ex Sede Udvarhelyi Syntaxista, è Convictu Nobilium.
- Petrus Demes,* Nobilis Siculus ex Sede Csik Syntaxista.
- Emericus Bándi,* Nobilis Siculus ex Tribus Sedibus Syntaxista.
- Joannes Szaplonezai,* Nobilis Ungarus ex Comitatu Máramarosienfi Syntaxista.
- Adamus Henter,* Prænobilis Siculus ex Tribus Sedibus Grammatista, è Convictu Nobilium.
- Ephabi:* Martinus Füleki, Nobilis Ungarus Fülekiensis Grammatista.
- Joannes Kemenes, Nobilis Siculus ex Sede Gyergyo Gram.
- Paulus Simon, Nobilis Siculus ex Sede Udvarhelyi Gram.
- Alexander Füleki, Nobilis Ungarus Fülekiensis Principista.
- Joannes Szegedi, Nobilis Ungarus ex Comitatu Bihariensi Parvifla, è Convictu Nobilium.
- Gabriel Jabroczi, Prænobilis Transylvanus ex Comitatu Colos Parvifla, è Convictu Nobilium.
- Lazarus Apor, Prænobilis Siculus ex Tribus Sedibus Parvifla, è Convictu Nobilium.
- Divina Providentiâ:* Stephanus Varju, Nobilis Ungarus ex Comitatu Karažna Syntaxista, è Convictu Nobilium.
- Fama:* Sigismundus Varju, Nobilis Ungarus ex Comitatu Karažna Poëta, è Convictu Nobilium.
- Mala Conscientia:* Thomas Lippai, Nobilis Ungarus ex Lippa Syntaxista, è Convictu Nobilium.
- Morpheus:* Paulus Páter, Nobilis Græcus ex Comitatu Albenfi Synt.
- Ceres:* Joannes Menesági, Nobilis Siculus ex Sede Csik Poëta.
- Monticolus:* Alexius Henter, Prænobilis Siculus ex Tribus Sedibus Poëta, è Convictu Nobilium.
- Pluto:* Andreas Hátzegi, Nobilis Transylvanus ex Comitatu Hunyadienfi Rhetor.
- Musmand:* D. Andreas Kovács, Nobilis Siculus ex Tribus Sedibus Logices Auditor.
- Asmodeus:* Michael Literati, Nobilis Siculus ex Gyergyo Grammat.
- Mitticus:* Paulus Sándor, Prænobilis Siculus ex Sede Csik Poëta.
- Eremita:* D. Georgius Daniel, Nobilis Transylvanus ex Sede Csik Logices Auditor.
- Valentinus Tamási, Nobilis Siculus ex Sede Csik Rhetor.
- Petrus Belkény, Nobilis Siculus ex Sede Gyergyo Rhetor.
- Matthias Benkö, Nobilis Siculus ex Sede Csik Rhetor.

Paupe-

Pauperes { Franciscus Szent-Mártoni, Nobilis Siculus ex Sede Csik Rhetor.
Stephanus Demeter, Nobilis Siculus ex Sede Gyergyo Rhetor.
Michaël Mátis, Nobilis Siculus ex Tribus Sedibus Rhetor.
Joannes Incze, Nobilis Siculus ex Sede Gyergyo Rhetor.
Georgius Horvát, Nobilis Siculus ex Tribus Sedibus Poëta.
Petrus Cseh, Nobilis Siculus ex Tribus Sedibus Poëta.

Fraudes { Joannes Balási, Nobilis Siculus ex Tribus Sedibus Rhetor.
Joannes Csiki, Libertinus Siculus ex Sede Udvarhelyi Rhetor.
Ladiflaus Lörincz, Nobilis Siculus ex Tribus Sedibus Rhetor.
Thomas Bitto, Nobilis Siculus ex Sede Gyergyo Rhetor.
Samuel Miklósi, Nobilis Siculus ex Sede Udvarhelyi Poëta.
Wolfgangus Cseh, Nobilis Siculus ex Tribus Sedibus Poëta.
Paulus Bartos, Nobilis Siculus ex Tribus Sedibus Syntaxista.
Martinus Lukáts, Nobilis Siculus ex Tribus Sedibus Principista.
Sigismundus Ketseti, Nobilis Siculus ex Sede Maros Parvifista.

Umbra { Franciscus Lázár, Nobilis Siculus ex Sede Csik Rhetor.
Stephanus Mátis, Nobilis Siculus ex Tribus Sedibus Rhetor.
Gregorius Jázberényi, Libertinus ex Jázberény Poëta.
Gregorius Jánoši, Nobilis Siculus ex Sede Gyergyo Rhetor.
Thomas Szopos, Nobilis Siculus ex Sede Udvarhelyi Syntaxista.
Joannes Ferenczei, Nobilis Siculus ex Sede Csik Syntaxista.

CHORI MUSICI.

Pietas Caroli Stephanus Varju, Nobilis Ungarus ex Comitatu Karasznensi Syntaxista, è Convictu Nobilium.
Genius Academicæ:

Genii

Genii Pauperū { Georgius Delnei, Nobilis Transylvanus ex Comitatu Colos Parvifista.
Samuel Pocsai, Libertinus Transylvanus ex Comitatu Colos Principista.
Stephanus Csernátoni, Nobilis Transylvanus ex Comitatu Colos Major-Parvifista.

Genius Misericordie: Thomas Lippai, Nobilis Ungarus ex Lippa Syntaxista, è Convictu Nobilium.

Tempestas: { Georgius Orbonás, Nobilis Græcus ex Comitatu Albenfi Parvifista.
Georgius Szabo, Nobilis Transylvanus ex Comitatu Colos Parvifista.

Mendacium: Sigismundus Varju, Nobilis Ungarus ex Comitatu Karasznensi Poëta, è Convictu Nobilium.

Innocentia: Jacobus Karmasin, Nobilis Bohemus ex Litna Grammatista.

Illis accedunt Nautæ, Milites, Rustici, & qui in intermediis agunt.

O. A. M. D. G. B. V. M. H.




The following is a list of the
 names of the persons who have
 been appointed to the various
 positions in the office of the
 Secretary of the State of
 New York, for the term ending
 on the 31st day of December
 next.

H. W. M. H.



Craterica, quod libellus hic Synodus Ecclesiarum sic, poe-
 mataque Hungarorum continet, etiam ob Scuta
 gentilibia Familiarum Hungaricorum in eodem
 occurrentia, ad Collectionem Novum Hungaricorum
 referendum venit.



J. A. Pfeffel et C. Engelbrecht sc. Vien.

2

R. M. IV.
II 295.



GAUDIUM EUROPÆ
IN
DOMO AUSTRIACA EXORTUM.
Immortali Nomini
AUGUSTI ROMANORUM, ET HUNGARIÆ
REGIS

JOSEPHI I.
CUM
AUGUSTA REGINA
AMALIA
Pace, & Hymenæo Gloriosi, Inscriptum.

ET
HONORI
*Reverendorum, Perillustrium, Prænobilium, Nobilium,
Excellentium, ac Doctissimorum DD. AA. LL. & Philosophiæ*
NEO-MAGISTRORUM

CUM
In Alma Archi-Episcopali Universitate Tyrnaviensi, supre-
mâ Philosophiæ Laureâ condecorarentur.

PER
R. P. GOTTHARDUM GELB ê Soc. JESU,
AA. LL. & Philosophiæ Doctorem, ejusdemque Professe-
rem Ordinarium, ac pro tempore Seniore.

AB
Illustrissima, Reverendissima, Spectabili, ac Magnifica, Præ-
nobili RHETORICA Tyrnaviensi dicatum.
Anno M. DC. XCIX.

TYRNAVIÆ, Typis Academicis, per Joannem Andream Hörmann.

1

2

3



JOSEPHO PRIMO
AUGUSTO ROMANORUM,
ET HUNGARIÆ REGI,

Inscriptio.



Uam pro voto, ac cupiditate Europæ prope-
modum universæ, ad publicos Hymenæi Ho-
nores velut posthumam adjicimus corollam,
justine Augalæ Regum Sol Josephæ, Tuæ
inscribi Thallæssioni. Debuerat equidem, li-
belli exciguitas, ad obtutum Tuum, & vel
ad ipsum Augusti nomen verecundari, atq;
illam, quam in utroque Sceptro suspicit Ma-
jestatem reformidare; sed existimavimus, quadam DEI similitudi-
ne, qui cum maximus sit, optimus desiderat nuncupari, gratius Maje-
stati Vestræ accidere; si aliquanto operis conatu, gloriæ Majestatis
Vestræ, in Regno multum dilecto vocales fieremus, quam modestiâ
quantumlibet non culpandâ sileremus; cum præsertim, eâ nos captos
persentiscimus Majestate, quæ Ungariæ à vultu Tuo tanquam PRI-
MO, ac Jucundissimo Sole clariùs ameniùsque in dies illucescit. Neq;
est

M. ACADEMIA
KÖNYVTÁRA

est quod metuanus argumento offendere, cum hic & ea (brevis quan-
tumvis elogio) quæ Augustissimam, ac invictissimam Domum Au-
striacam contingunt, referamus, & vota populorum in vespigale ob-
sequium accersamus, & Pacis, ac Hymenæi studium, longâ jam, ac
acri Majestatis Vestræ Honoribus illustrandis contentione defatiga-
tum, excitemus, & Majestatis, ac amoris fœdera confirmemus. Nam
quid Civitates, pro judicio suo sapienter, quid Athenæa, pro sua er-
ga Majestatem Vestram humanitate, munificentiaque studiosè,
quid Provincia, pro fortunatissimis Hymenæi auspicijs, & honore, re-
ligiosè senserint, & decreverint; primo quòque tempore intuitus es.
Quid verò in publico Europæ gaudio, nostram fidem, sinceritatem,
amorem, in tam aperta gestientis orbis significatione decebat, jam tum
nobiscum ipsi constitueramus, cum per Provinciam nostram, tam opta-
bilis, & Pacis, & Hymenæi fama percrebuit. Sed jam primum
Musam nostram instruimus, non tempore metientes studia; sed affe-
ctu: ut vel in umbra tanti Solis comprehensis, volupe sit audire hu-
miles, & tardos Oratores. Quanquam exciguum est aut nihil, quod
modò agimus, tum fortè majora acturi, cum studia, vitam, sangui-
nem consecrare concessum fuerit. Et cum intelligamus Majesta-
tem Vestram ultra rerum metas, & ultra; quo sequi nequit cala-
mus, invitari: coronidis loco, tanquam ad Alcidis columnas, obser-
vantia, gratitudinis, pietatis ergò, votum hoc inscribimus.

Josepho PRIMO
AVstrlaco,
AVgVsto Vngariæ Regi,
paX, abVnDantla, prosperitas,
Vita, gLoria.

Ita VoVet, preCatVr. Majestati Vestræ,
obLigata sVaDa, VniversitatIs
tyrnaVlensis.


* 2

DEDICATIO
AD
DD. NEO-MAGISTROS.


IN recenti recordatione, qua Augustissima Domus Austriacae letitia, universam Europam cumulavit, censeremur merito aliquibus, malignè agere, & tam cupitæ felicitati invidere, si eam qua in affectu proborum omnium posita est voluntatem, nos ipsi, aliquantâ verborum vi, non evulgaremus. Perillustres, Reverendi, ac Doctissimi DD. Neo Magistri. Habet enim hoc publicum gaudium commune cum dolore, quòd huic arrogans sit sensus, neque se sine nova querimonia interpellari sinat, illud verò frequentiore memoriâ, & crescat, & in majorem assurgat suæ mentionis voluptatem. Quare jam tum pollicebamur nobis, cum ad hanc animum adjecimus Pacis, & Hymenæi festivitatem, non displicere posse Sapientibus, quantumvis lauro oneratis, hoc nostrum studium, cum non sine jucunditate intelligeremus, in more semper positum fuisse Sapientibus, & letari in Regum fortunis, & ad eas amplificandas, & conservandas magnâ animi contentione ferri: Homeri certè Ilias, Magni Alexandri auspiciis fuit; cui universum suum Imperium, unâ cum capite superimponebat. Quid deinde à nobis omnibus, his tribus lustris, aut postulatum ardentius, aut avidius expectatum? quàm ut Domus Austriaca, & cum hac, nos singuli, non fuis hostibus victoriosa, quòd factum semper, non hostis servicibus nostris imminentis vindicet, quòd continuò; sed quòd pertimidè duntaxat, ut in maximis solemus, finem tam cruenti belli anhelabamus, adipisceremur. Vel si Hymenæi nomine offendimini, reflectite ad diem hunc vestrum Honoris, atque dum vos hodie, cum suprema laurea, sapientiæ sponso profiteremini, nos id consultò egisse existimate. Breves sumus, Nam in tam angusto circo, cum Martiali, nobis non licet esse disertis. Vivite valete.

Honoribus Vestris addicta

Rhetorica Tyrnaviensis.



*Ut fons illimis, placidis delabitur undis,
Sic fluit Austriacus, per sacra Regna cruor.*



SERIES CÆSARUM AUSTRIACORUM.



Um semper, omnique tempore, honor, atque cultus Austriacæ potentia, auspicijs consecratus, rebus immortalibus accenseri debeat, tum præcipuè augusto hoc, & nobis lætissimo die, celeberrima recordatio, cum solenni fortunatissimi Regni religione, conjungenda est. Quod si enim ullo tempore Majestas, in fortunæ excelsioris domicilio recepta est, aded firmiter, ut sui mansione munus tutelæ recipiat, quò fidem in ditionem suam venisse arbitretur, nunc profectò tanta est, ut omnis Reipublicæ vita, popularium libertas, Principum societas, aræ, delubra, ejus arbitrio, & consilio credita, atque consignata videantur. Nam ut flumina, quò remotius à fonte recesserint, maximâ sui elatione efferuntur grandius quidem, quàm verius: ast eorum eluvioni, non tantum tribuitur, cum eorum origo respicitur: solem luminis auctorem, ipsa laudat natura, & miratur, non diffusum per aërem splendorem, quamvis & huic aliqua pars adjiciatur; sed à capite derivata. Jure igitur hâc die, quo immortalis ortus, Dominæ gentium Austriæ, proborum omnium pietate celebratur, Imperij fundamenta, omne quod honoris, omne quod ornamenti, vel Romana Capitolij initia, vel Græciæ Sapientum Lumina, vultu institutòque receperunt, in vectigal, & tributum reposcunt. Trabeæ quidem triumphales, & fasces consulares, & sellæ curules, & ambitus stipantium, & lux illa, verticem divino fulgore completens, Sacratissima Austria tuorum sunt ornamenta meritorum, excelsa quidem & augustissima, sed majora longè illa, quæ

quâ Rempublicam, in tam arduo humani casûs fastigio, ex quo velut maria omnia, & terras pertimescas, adivilli: tam firmo passu, ut continuatâ successione, per quatuor sæculorum spatium, jure firmo ad genus tuum, propè divinum transmitteres. Felicior Remo, & Romulo, quorum ambitionis auspicia, vel in ipso nomine imperium, pœne everterunt. Tu verò nomen tuum, ultra metas, & ultimum orbis terminum, dum condidisti, extendisti; Tuæ inquam fortunæ est, Tuæ felicitatis, Occidenti illuxisse, ut nunquam occideres, sed ipsi Orienti splendore tuo faces extingveres. Magna fuit semper Religionis, ac rituum sanctissimorum apud Principes ætimitatio, ut cum beatè, ac providenter regere optarent, existimabant, officium sibi imponere, cæremonias, atque sanctiones divinas, non sceptris modò suis conjungere, sed & ad sacratoria pulvinaria inclinare, quo imperij sui fortunas reclinarent. Jam olim Trojanorum Duci Æneæ, naufragus Oceanus imperium reddidit, quia Pio, flamma illa, quæ ne sacra profanaret, palmâ exceptâ, Alexandrum orbis pœne totius triumphatorem, illustrem reddidit. Est scilicet Pietas virtus Principum, princepsque virtutum; quæ Monarcharum animo, tanquam felicitatis simulacro imponatur. Decet à popularibus Principes coli, à Principe Numen. Quare bene, felicitèrque Tua Augustissima Domus Austriaca, jacta sunt fundamenta, quia Religioni innixa, hinc nulla labefactandæ vel labeculæ, suspicio esse potest, cujus præsidium DEUS est. O fortunata, & nunc bonis omnibus beator Austria! quæ Rudolphum Cæsarem primum vidisti, atque ita vidisti, ut illo Cæsare, primò Cæsarea fieres: sustine hinc Serenissima Cæsarem Mater, Orbis delictum, Cœli municeps, Tuam è ruderibus excitari felicitatem! annue tuam commemorari Religionem! quâ ad tam eminentis gloriæ apicem eluctata es: Audis enim verò jam, atque blandâ tui recordatione, uberem nancisceris lætandi materiam quia Religione commendatam: Lege quod subjicimus, RUDOLPHUS I. MAGNUS. Austriaci Imperij Conditor, Fundamentum. *Pietas parturit* A. Ergo aut novi nascentur Monarchæ, aut renascentur antiqui, jacto ad imperia fundamento, Religione. Abi Magne Romanorum Auguste, cui fortuitus fulminis ictus, Imperij jecit lapidem, RUDOLPHUS AUSTRIADUM AUGUSTUS, ipso DEO, quasi tulminali inauguratur, tunc maximus, cum videtur minimus. Infantia scilicet Austriaci Imperij, tot Regnorum Matris, educari primùm debuit

A. Prima ad imperium auspicia, Pietas.

lacte

lacte Regum, ipsâ divinitate: ut in ipsis solidaretur auspicijs. Deinde, nascentis Horoscopum Austriæ, Cælestem esse oportuit, *refulgentes super caput cruce* B. Sic jacienda fuerat moles Austriacæ potentia, quæ totum terrarum Orbem sustineret, & Austriacos c. *terra dominos, pelagique futuros, immenso decuit, rerum de Principe nasci.* Jam fundata, atque si Numini placet, solidata, prima in ætate felix consistebat Austria; omnium princeps felicitas est, nasci felicem. Etenim facilè, si semel procreatus fuerit stirpis avitæ honor, in palmas, & triumphos progerminabit. Vide in ALBERTO I. TRIUMPHATORE Epinicion. Vix Austriacum Imperium cœpit, jam substitit, & vel lactens adhuc, cum Hercule angues discerpit, in fascijs fasces rotavit triumphales Alberto Cæsare, *qui quantumvis ab Optimatibus altero privaretur oculo* D. Cœpit Argus esse, dum Cyclops, acutiùsque è consilij specula circumspicere exoculatus. Amisso scilicet oculo Germanus Hannibal, in hostes ferociùs ruit, tum etiam satis oculatus, cum in concursu totius Germaniæ, ad Actiacam veluti pugnam, Adolpho, Antonij fortem subeunte, evasit Augustus. Senatusconsulto, Plebiscito populorum, Europæ vocibus, supra Numidicos, & Africanos, duodecies Bellator, Victor, sui que sæculi Mars Germanicus decretus Albertus Triumphator, sic: *plena Laurearum, Imperio feta Domus, vix numerat triumphos* E. Sed non ita in ferream armorum tempestatem exhorrescis, ut nulla vultui tuo insit tranquillitas, nam quid aliud in humanitatis emporio requiras, quàm decorem, & pulchritudinem. Mirare in FRIDERICO III. PULCHRO Imaginem Austriæ. Quantumvis, multis sæculis formari debet Respublica, ut rectè informetur, tertio jam sub capite, in optima forma, efformata est Austria, ut jam videatur, ista formæ imago in vultu Austriaco numerari. Verùm sanguine illustrari oportuit FRIDERICI Iconem, ut forma in fortitudine pulchrior, viseretur: *capi debuit, ut ipse, sui venustate caperet Bojariam.* F. Hinc, Austriaci Cœli Solem, Fridericum Pulchrum. ferrei vapores non infecerunt, quos suâ amœnitate refecit, & inter alienas maculas decorus illuxit: Fortes ludit, non lædit formæ ignavia. Alijs ignis [fatus est forma, quæ amantes captivos reddit, & amentes, sed Fridericum, pulchritudine suâ, fecit formidandum, & liberum. Nam

B. Crux in auguratione supra caput apparet. C. Claud. de Theod. D. Vienna ex propinato veneno oculum amittit. E. Claud. in Nupt. H. & M. F. In potestatem Bavari venit.

Az

quò

qui metuit nihil, Rex est, quique cupit nihil: hoc regnum sibi quisque dat. G. Miratus es Imaginem, quam Cœli manus efformavit, Jam & ALBERTI II. HONORIFICI speculum intuere: Honor equidem, quem à speculo derivaveris, ipsâ sui fugâ illustriorem reddet, aut effingunt se tibi honores, aut eos ipse tibi effingis: Et si honorificum existimas Timotheum Græciæ, cujus in rete, honor urbes convehbat, in sinum Alberti, uno jactu, tria Regna conjiciuntur H. Misere siquidem, Camillum cum Fabio, est fortem cunctatorem, & prudentem honoris esse aruspice m. Nimirum volatilis est genij honor, ut advolat, ita avolat, cum in eum cupidè involas. Sed & hic, honor stetit Alberto, tunc maximè, cum Amurathis exercitus avolaret i. Vel ipso volatu, discens honorare, Honorificum. Nempe Austriacus Scipio, scipio est Ottomanno, & tamen honoratur. Sic virtus honora, sola sacro, meritos ornat, diademate crines k. Ex speculo ad FRIDERICI IV. PACIFICI spectaculum evocaris. Et cum Iridem serenitatis bajulam Austriæ risisse, & hostilia irrisisse irritamenta admiraris, Orbis spectaculum cerne, & ex sanguineis vaporibus, ferreisque fulgetris, tam concoloris Austriæ phænomenon obstupescere. Stat Domui Augustæ Pacis Arcus, quamvis bifrons Janus, fanum clausit, nec bruta metuens fulmina, nec tela, tota sub lauro, sed oleis intermixta, de quibus oleum, vulnerati Martis panacœa est, & exasperati vulgi delinimentum. Sic Principes, ut scopus vulgo expositi sunt l. Sed extra jactum; si eos magnanimitas in cœlo locet. Spectaculum clauditur, & Friderico Pacifico, à DEO coronato m. vita, & victoria acclamatur. Nempe minimas rerum, discordia turbat, pacem summa tenent n. Néque verò tantum simulacra proponit Austria. Celebre etiam fuit MAXIMILIANI I. Encomium, scilicet Religione inceptum Imperium, ad aras Austriacas jam perfectum, confici videbatur in Maximiliano, nisi avità pietate ipse illud reficeret. Noluit siquidem videre Imperij Solem, nisi in aurora, illustri cum prodigio, Eucharistica o. Ex quo fortium pane solidatus, ita bellicâ felicitate floruit, ut nunquam arma posuerit, nisi victor. Eâ magnanimitate, ut nihil metueret, à fortuna infideli, quam sciebat ipso contemptu red-
G. Senec. in Thyas. H. Imperij, Hung. & Bohem. Corona defer-
tur. I. Turcam solo suo adventu in fugam convertit. K. Claud.
de III. Conf. Honor. L. Verba Friderici. M. A Nicolao V. Pon-
tificis his verbis salutatur. N. Lucanus. O. Insigni miraculo, ex cul-
tu Sanctissimæ Eucharistia, servatur incolumis.

dere

dere fidelem. Arrogans scilicet hæc Dea est, quam si contempnas, se subjiciet, si adorabis, dominabitur, aut tenetur, aut tenet, nisi despicias, sed abbreviandum est encomium, ut in Cajo Julio felicitas, in Augusto liberalitas, in Trajano fortitudo, in Antonio pietas, in Tito mansuetudo, in M. Aurelio sapientia, in Constantino magnitudo stet Maximiliani, qui laudes, longè transgressus avitas, subdidit Oceanum sceptris, & margine Cœli clausit opes. P. Nolim tamen terreatur aliquis ad CAROLUM V. MAXIMUM prodigium. An enim non prodigium est? Carolum prodigere regna. Q. Quæ prodiga Cœli manus, in Austriam contulit. At prodigus hic Austriæ filius, tum dives primùm extitit, cum egens, dignus Orbis teatro cum solus, & omnibus titulis, cum nullus, Regnisque omnibus, cum his vacuus, ita trophæum victorijs erigere debuit, in maxima sui victoria, ita Orbis utriusque domitor audire, cum punctum honoris expunxit, ita Cæsar ex utroque, Rex in pluribus, Imperator in omnibus, cum alijs cessit, se rexit, sibi imperavit. Et quod mirè, in ipso tyrocinio mortis, se ad immortalitatem inauguravit, & postquam mori didicit, ne demonstrationem maximam dedisceret, in ipso vestibulo mortuus est. Vivit tamen etiamnum, hoc mortuum prodigium: Inque animis hominum, pompâ meliore triumphat. R. Prodigium sequatur FERDINANDI I. Horoscopus. En novum sydus in Occidente exoritur; time Oriens, ne occidas. Cum hoc Sydere Hispania refulget. S. Austria illustratur, vicina tuo splendori. Expavesce ferro armatum Ferdinandi nomen Turcia: venerare idem Austria, ferream nomenclaturam, Austriacæ alchymia virtutis, in aurum mutavit. Et, si à natali mense, vitæ cursum placet auspicari Martii Dies T. Decimus fuit, ut eum martialem noveris, qui crucem tibi illaturus est, ipso primæ litteræ auspiciatissimo etymo. hinc magis plaudeat Orbis martio nomini, quia ferreo, & aureo, quam Kalendæ Januariæ Tito, Decembres Nervæ, Novembres Adriano, Apriles Antonino, Februariæ Constantino: nam semper honos, noménque tuum, laudesque manebunt. U. Spectasti Horoscopum. Cerne MAXIMILIANI II. Nobile Tyrocinium, & coronidem, à primis auspicijs metire. Rarò finem expectes ominosum, nisi à principio oneroso. Tyrocinium, est gloriarum initium, at mul-
P. Claud. de IV. Conf. Hon. Q. Carolus abdicat se Imperio.
R. Claud. lib. 3. de laud. Stil. S. In Hispania oritur. T. Anno 1503. natus X. Martij. U. Virg. Eccl. 5.

A 3

tum

rum refert quâ venâ illud bibas, liquidius ex fonte: ita MAXIMI-
 LIANUS II. *Caroli V. Caesaris Patris, Nobilis Tyro* x. Æmilij, novus
 Scipio, sub Imperatore semper victore, nil discere potuit, præter vi-
 ctorias; ut vel sic, pro coronide fundamenti *Hispaniæ splendor accer-*
feret y. Ne scilicet Hespero careret Austriaco Hesperia, Sol, Hesperia
 succedere debuit, quo magis resplenderet: nimirum Austriaci! *ve-*
stri juris erit, quid quid complectitur axis z. Etiam arcana molitur Au-
 stria in RUDOLPHO II. Mysterium adornans: RUDOLPHUS II. *ab*
ultimo Mathematicorum puncto quos dilexit aa. lineam dum duxit, ad
 metam, filum vitæ deduxit. Felix, dum Astrologos amat, *miser dum*
timet bb. Felicior dum dissentit, inferior dum credit. Sic sapius inno-
 centissima sydera, ut cometæ armantur, à malè syderatis. Nolim
 in genere assentiri Tacito: *Genus Mathematicorum potentibus insidum*
esse cc. in specie admifero, sed atoma. Quamvis Oedipi voce, &
 Alexandri ense paralellos nodos solvere, Achillis manu, & Nestoris lin-
 guâ aërem discindere, Mathesis sit naturalis, & artificialis. Malim ta-
 men triumphali dexterâ, Martis fulmen, & Homeri codicem versent
 universi, quàm à syderata investigatione, ad capitis vertiginem inver-
 tantur, *plus est servasse repertum, quàm quasisse novum*. dd. Sed, &
 sculptores agimus, dum MATTHIÆ JUSTO emblemata adornamus:
Astræ hæc est, in cælo primum Australium signorum, ut eam non Casa-
ream tantum, sed Austriacam noveris ee. Hoc sydere splendente, nulla
 VIS Reipublicæ infertur nisi cupro incidatur, IVS. Hac in idæa odium,
 & gratia nullam partem bilancis obsident, cum sola virtus sit, in æqui-
 pondio. Defendere se licet cunctis, impugnare sine lege, nemini. Hoc
 emblemata distribuitur æquè in vulgus, ac Proceres, neque admittitur
 disparitas, quæ extra formam Justitiæ evagetur. Sic sub Matthia, Ju-
 stitiam, *non populi fasces, non purpura Regum flexit*. ff. Ad ferreum
 iterum nomen delabimur, sed in FERDINANDO II. PIO invenie-
 mus malaciam. Et verò, quid agis Ferdinande? Iterum ferreum in-
 cipit sæculum, sub aureo tuo nomine, *Nam, armatur Oriens, in Oto-*
manno gg. Immugit Septentrio in Gustavo. Exurgit Occidens cum
 x. *Militaria Tyrocinia sub Carolo V. ponit*. y. *Hispaniam guber-*
nat. z. *Claud. de cons. Hon.* aa. *Mathematicos diligit*. bb. *Ab*
Astrologo fato imminente monitus, metu mortis opprimitur. cc. *Tac.*
lib. Hist. dd. *Claud. l. 3. de laud. Stil.* ee. *Justitia maximè floruit*.
 ff. *Virg. l. 2. Geor.* gg. *Vario tumultu impetitur*.

Pelas-

Pelasgis. Rugit Meridies cum Leonibus, & nullas procellas imminere
 Austriæ metuas? sed *alcyonia agit in tempestate, qui in cælo spes suas lo-*
cat. In ipso naufragio portum reperit animi tranquillitas. hh. Sic belli
 ardor dum flagrat, fragrat virtutis odor, ad incudem æquanimitatis. No-
 cere nihil potest innocentia, quamvis nocens, armet nocivos dentes,
 canis lunam allatrabit. Hinc secula discant *Indomitum nihil esse pro-*
tutumve nocenti ii. Verum habet & sua in FERDINANDO III. Au-
 spicia Domus invictissima. Et quamvis *in auspicijs Imperia Romana,*
& Græca fundarentur kk. & in avibus suam statuerent firmitatem,
 sed cum pennatum nimis hoc omen sit, facileque inumbretur cum
 nomine, altius asurexerunt Austriæ auspicia. Nam cum alia, libera
 sint omina, liberè avolant, at Austriæ vinculata, quia stant in ara, non
 in aëre, hinc consistunt suo in auspicio. Aquilæ Austriacæ, supra com-
 mune alitum vulgus nidulantur. Sed nec mergi potest hoc augurium,
 nisi mergatur orbis. Nimirum Cæsares vehit Austriacos oneraria for-
 tunæ, sileant tempestates, pietas malum insidet, clavum versat au-
 spex DEI manus. *Alitum manebit Austriæ gentis decus, cum sole, &*
lastris, cumque luce Romana ll. Si felicitatem, nunc tuam intempe-
 stivo fœdare luctu concedis, serenissima Domus? FERDINANDI IV.
 Epitaphium inspice, & tristitiæ nube involvi sustine Austria Serenissi-
 ma, quæ semper in lætitiæ solem explicaris. Inscribe luctum mar-
 mori, ne obliteretur dolor, Aquila dat pennam, lachrymæ orbis, sæ-
 piam; scribe: FERDINANDUS IV. dum Coronas suscipit, Europæ
 plausus recipit, Austriam gaudio reficit, seipsum morte conficit, qui vel
 in hoc se probavit Austriæ solem, *quod in aurora defecerit*. mm. Via-
 tor obmutescet, & ad hoc monumentum, adora numinis guber-
 nium, & in Nioben obrigesce. Tu verò, dic Occidenti Oriens Au-
 stria, sol occubuit vigilant Leones: Et jam: *Quem populi plausu, pro-*
cerum quem voce petebas, Aspice nn. A luctu, ad adoras, & trium-
 phos invitamur, & siquidem Regnantum gloria summa est, celebrari:
 pro triumphali Colosso, Augustissimo & Victoriosissimo Regnanti
 LEOPOLDO I. VICTORI PACIFICO Panegyrim ador-
 namus. Nam in Te piorum Cæsarum virtus posthuma revixit Au-
 gustissime Monarcha. *Et quod per veteres, fortuna sparsit Reges, in te*
 hh. *Mira Ferdinandi æquanimitas*. ii. *Claud. de Hon. Conf.*
 kk. *Ritus veterum*. ll. *Mart. in Epig.* mm. *Sub auroram mo-*
 ritur .nn. *Claud. de laud. Stil. l. 3.*

colle-

collegit. oo. Tibi supplex Bosphorus, ducentis casibus accidit, vultuque conciso, verberare caput cædit, irrito recedens luna conatu. Et quia invictum irritavit solem, desolata est. Lumen perdidit noctis, quia obscurata est à die. Fatigare poteras alios Austriacos fortuna, Leopoldum Victoriosissimum, nec fatis agere, nec fastu terrere. Irritus Mars est, cui militare abnuat cœlum. Cui DEUS pugnat, multis cingitur armis. Stet igitur Augustissimi LEOPOLDI, Potentia cœlo contermina, Gloria coëva immortalitati, Fama orbi æqualis. *Nam clauduntur belli portæ* sp. Devenimus ad votorum metam, felix, fortunatumque Romanum Imperium. Nil superest, quam ut pro Augusto JOSEPHO I. suspirium mittat Austria. I. Invictissime Rex, quo te cœli auspicia, terrarum vota invitant, ad apicem rerum. Te Austriacum Solem, Europæ populi proclamant. Agnoscat suum Martem Thracia, sed accrescentem in triumphis. Timeant suum Herculem, Oetea juga, sed in Polymita, Austriaco cruore humanissima. Celebrant Pelios, & Ossa novum Gigantem, cœlo imponentem non saxa, sed populorum corda. Prima Romani nominis patria, Romano plaudat Regi, veteris Imperij, ignobile bustum Troja: Suspira rursus Austria! Nam (spondent Cœlites) Admurmurabunt dum Mæoticas victor calcas arenas Euxina maria. Erigentur triumphales in Rhodo colossi. Jungentur Austriacæ Domui, in Palæstino Regno, Idumææ Palmæ, Ganges defluet vectigalis, & aliquid Cyro majus. Suspira iterum Austria! *Accipiat Patris exemplum, tribuátque Nepoti Filius, & captis ne desit fascibus heres, Decurrat trabeata Demus, tradátque Coronam mutua Posteritas, servatòque ordine fati, Austria, continuo numeretur Casare proles.* qq.

oo. Augustus Leopoldus, Antecessorum omnium victorias, superavit.
sp. Virg. 1. Æneid. qq. Claud. de Mal. Conf.

OBTULIT


Illustrissimus, ac Reverendissim. Comes Gabriel Erdödi, de Monyorokerek, Præpositus Albæi, Montis Claudij, & Comitatus Varasdinensis Perpetuus Comes, Collegij Generalis Cleri Regni Ungariæ Alumnus.

VO-



*Virtuti sociatur honor, fortuna triumphis,
sceptraque JOSEPHI conscia fama refert.*

2



VOTA POPULORUM.

VOTUM PRIMUM.

Lucina, Austriae fecunditatem spondet.

Genethliacus.

Rima, triumphales ducat Lucina curules,
Lætior annus eat, trabeisque augusta resurgens
Imperij sedes, Majestatisque verendæ
Excelsum solium, longè radiantibus astris
Lætitiæ spargat radios, & signa favoris:
Tūque jubar cœli, divo quem jure veretur
Flammatus Pyrois, cujus mordere lupatum
Æthon assvevit famulus, procede secundis
Auspicijs, sacrisque redux illabere terris.
Vosque coruscantes, regnantū fata, diemque,
Sydereis versate tholis, appendite ferta
Austriacæ charites, quæis exornata, triumphis,
Excurrat trabeata Domus, celerique jugali
Elysios peragret sublimis in ordine campos,
Cognatum prætende decus pietasque, fidesque,
Et socias, nexu felici jungite voces:
Arrisit cœlum: moti sunt cardine Divi,
Spes votūque poli, non dilatura beata
Regna, nec adscito penitus cessura nepoti
Sceptra, favent: quorum Majestas ultima mundo
Regnatura vetat: regnabit. regnet, & ultra
Hesperij tractus verset sua jura coronæ,

B

Qui

2

Qui Princeps, Regum consuevit sanguine nasci.
Sic ait: & roseo rorantes induit alas
Corpore, signa manu tollit permixta chorymbis,
Et velum revoluto margine, binaque ternis
Lumina sacra glomis admiscet, fascia sive;
Seu fasces sint, quæis ornatur Regia proles.
Jamque coronatâ super, & super auspice sede
Fœcundis agitur pennis, medióque levatur
Pondere, miratur molem, tacitóque meatu
Augustam celebrans gentem, prætervolat oras.

Est regio, princeps regnorum, maxima regum
Nutrix, quam pietas fundavit, gratia cœli
Continuos statuit soles sine labe videre:
Huc natura parens effudit prodiga, quidquid
Vel Cybele nutrit gremio, vel collibus altis
Liber habet, quidquid vel terræ frugibus ornat
Jacta Ceres: quidquid virides coluere Napeæ
Seu caput hanc dicas, gaudet Germania voce:
Sive cor indigites, vitali regna vigore
Roborat, & junctis animat spiracula venis.
Illius in medio Urbs est, claris inclyta factis,
Cæsareis augusta thronis, regúmque coronâ.
Quam novere omnes, tantæ quos gloria stirpis
Aut trahit, aut sceptro terret, vel iudice ferro
Cogit ad obsequium: virtutis nempe veredus
Ipse honor est: quem ponere sequi fortuna iubetur.

Jam blandus, medium Titan scandebat olympum
Æstivos spargens ignes, tenuatus in umbram
Vix aliquam, torrebat summis omnia flammis.
Austria tùm geniali indulserat otia menti.
Urbe, remota colens viridaria, læta per herbas
Consectans somnum, taciturna sedebat ad Istri
Ripam, mox nimios æstus tolerare recusans
Conclamat Zephyrum: puer o! dulcissime roris:
Seu tua regna colis, quâ serpit mollior herba;
Seu percurris agros, pretio quos Thessala Tempe
Fortunant, apta pennas, lenique susurro

Nunc

Nunc adsis, disperge æstus, & flamine blando
Corda fove: merear divinâ numinis aurâ,
Langventem recreare sinum, segréque medullas
Afflatu lenire tuo, genióque beari.
Dixerat: ille levi surgentes murmure pennas
Succutit, & viridi, plaudens illabitur aulæ.
Quaque volat, nutant herbæ, svavique flabello
Inclinant frondes se se, & respublica florum
Fœcundo spirans ductore, maritat odores.
Interea laxatur humus, validóque fragore
Erumpens sonitus, replet mugitibus auras:
Biga venit, radios spargens, & fulgure circum
Atræ volvuntur nubes. Sic Æolus antro,
Dum fera bella movet bacchatur, & impete factó
Ore fremit, rapidóque ciet per cœrula ventos.
Austria miratur furias, subitósque furores
Indignata: movet gressum, subitura penates
Cæsareos: sequitur curru, quæ nympha tumultu
Intonuit; propiúsque Deæ vestigia calcans,
Austria siste gradum, inclamat, primisque morare
Auspicijs: cur me refugis? quæ causa timoris?
Aut quo te sacram, sceleris rea, numine læsi:
Insonuere specus, sed inhorruit omine fausto
Cœlum, lætitiæ spargens per compita tedas.
Sum Lucina, tuæ terræ fœcunda colona.
Accipe venturi per Reges omina fati,
Quæ tibi, pro sobole felicia numina spondent.
Sancta Domus, dilecta Deo, superúmque relicta
Tutelæ: cujus postremo machina stabit
Tempore: quam nec livor edax, nec subdola sortis
Franget vertigo, vel primâ sede movebit
Impatiens vinci, versuta superbia Bessi.
Te mundi comitantur opes, te gratia cœli
Prosequitur, nunquam tibi non contermina virtus
Excubat, & firmum, Numen specularur ab arce
Pervigil imperium; nunquam satiabere donis,
Felici confert dextrâ, quæ providus æther:

B 2

Stat

2

Stat cœlo fixum ; fasces, & scēptra tenebis
Regum augusta Parens, consignabisque nepoti
Continuâ serie : longævis fascibus hæres
Fœcundo succrescet Avo, Magnôque Parenti.
Dixit ; & elato revehens sua fræna jugali
Austriacos campos fœcundo rore coronat.
Gens accepta DEO ! superis immixta Dynastis !
Surge triumphali, parta est victoria, curru
Erige cervicem, & fœcundo germine, tolle
Imperium, vicina polo metire colossos.

VOTUM SECUNDUM.

Fortuna Austriæ Vestigalis.

Augurium.

AUrea, si fausto currebant sæcula fato
Romanæ stirpi, regnaturæque per orbem
Ausoniæ gentis clarum successibus omen,
Spēsque Quirinalis, felici inclaruit ortu.
Austria celsa, sui renovat suffragia regni,
Romanis fulgens aquilis, & nomine felix
Exultat regnante domo, majoraque lauro
Assusis circum populis oracula spondet ;
Atque suos, ad vota jubet succrescere fasces.
Qualis stellarum pompâ, cùm Cynthia fulgens
Syrma trahit rutilum, fortunatæque cohorti
Ignibus æthereis immixta, perambulat orbes ;
Semper, inoffenso pergit, sic Austria calle,
Sèque levat, blandis retinens sua regna lupatis
Æternam statuens sedem : velut inclyta Cedrus
Elato solidata solo, radicèque jactâ
Extollit regale caput, néque clade moveri,
Et minùs adversante potest virtute revelli :
Ridet anhelantes, fufis conatibus Euros.
Nam Fortuna tuis, supplex jam facta trophæis

Assve-

Assvevit scēptris : quæ à te nec martius ardor
Ense ferox, bellôque, potest avellere, sed nec
Oceani furia, tempestatésque furentes
Pacatum mutare sinum, vel tollere blanda
Otia, quamtumvis stomachans se attollat Erynnis
Flagro, & felices fumo contaminet auras.
Te quôque delictum mundi JOSEPH. pyrope
Regum, prompta sequi gessit Fortuna, thronoque
Assundens se se augusto, vestigia lambit,
Regnantemque præit felix, sequiturque volentem
Ad lauros, palmisque, ac ad victricia gesta.
Fallor ? an ad Constantini regalia scēptra
Invitat Fortuna tubam, immixtasque secures
Fascibus ostentat ; blandos referentia vultus
Agmina, Bistonias ulnis amplexa coronas.
Jamque cohors video, cristis ornata superbis
Indignata moras Divæ : ruit : ordine circum
Agglomerans turmas, lituisque forensia spargens
Gaudia, voce tonat, gestu salit, æstuat armis.
Interea lævi veniens Fortuna quadrigâ
Composito, quem excivit nuntia fama, tumultu ;
Sic fatur : tellus Orientis, tûque medulla
Imperij Bizantium, cujus gloria stabat
Et pietate potens, & palmis inclyta, quando
Absque jugo felix, Argivæ libera genti
Jura dabas, sed jura, cui pia numina fasces
Contulerant, veroque cremari altaria cultu
Gaudebant, simul & crucis aurea signa videbant.
At, postquam (memorare pudet) sis victima Thraci,
Et sine lege, tuum ammittis Sacra Terra decorem,
Cùmque Cruci, sævæ succedunt cornua Lunæ :
Quæ facies rerum ? quàm dispar vestit amictus
Te miseram ! detonsa caput, falsique prophætæ
Sacrilegis vitiata jocis, contagia culpæ,
Et tepesacta, reluctanti bibis ore, venena.
O ! tellus Orientis ! sortem respice, cujus
Arbitris poteris tua scēptra capessere rursam :

B ;

Ipsa

2

2

Ipsa ego te, memorans per regna latentia ducam,
Et repetens, ventura instent quæ fata, docebo.
Est Domus, annutu superum, quam mundus adorat,
Cujus fama, tuas olim pervenit ad aures;
Illius auspicio regitur, quæ biga cadentis
Descendit solis, vel quæ consistit in alto
Dum radios spargit ferventes: loræque stringit
Præcipitis currus, minimas tenuatus in umbras.
Hæc tua sola salus (vates sic Delphica spondet)
Non te, Bistonij miseram vesana Tyranni
Vincula sollicitent: vices, incumbere fasces
In te IOSEPHI properant: Tibi regna parantur
Annis ipsa modo? veniunt ad classica reges.
Sic jubet Austriacum Regnum; vectoque per orbem
Ferro, desertas lustrabit numine gentes,
Victique Romanæ subdet fera colla securi,
Venturisque Crucis, quondam per regna triumphos,
Excultasque DEI cernes in marmore palmas.
Surge, age, tempus adest, quo justis cedere fatis
Impietas debet, versoque per avia fastu
Romanas aquilas, & cœli signa vereri,
Religio jam castra movet, jam martia cœlo
Virtus succrescit, geminatque calentia vota.
Solve metus animo, dabitur tibi, fata merenti
Auspicijs tranquilla dies, saturnius olim
Te reget ipse parens, aderit quæ mænia cernas
Lux oculis, victumque ibis regina per orbem:
Sic ait: & clarâ claudens se luce recondit.
Ast oriens, excitus spe, stimulisque coactus
Affatusque DEO; venientis imagine Regis
Confundens animos, imo suspiria corde
Educens, querulos in sensus ora resolvit.
O fortuna! meis quæ claros cordibus ignes
Experis, adde rogos, regnoque accende favillas
Quæis vetitis aris, flammæ extingvantur avernæ;
Thura nec incendam Lunæ, nec vana Deorum
Nomina, tam sacris posthac numerentur in oris.

Et

1

Et Tu, JOSEPHI, decus indelebile regni
Optatum nomen, terris illabere nostris.
Tunc mea, felici labentur sæcula cursu,
Tunc stabilita salus, pelago succedet, & Urbi,
Cum te nosse, tuumque jubar cœleste, tueri
Concedes, propriosque dabis cognoscere vultus.
Tu servile scelus, tu sævum in funera Thracem
Excelsâ virtute reges, tu vincula demes
Imperio, & Grajæ reddes sua jura coronæ:
Es siquidem novus, es nobis jam partus Achilles,
Quo duce, dejectus raptâ de sede Tyrannus
Infaustum sua vota canet, repetetque cruenta
Busta, suoque throno fulmen trepidabit adultum.
Vix ea dicta dedit, celeri cum hinc, inde volatu,
Romanis aquilis mixtæ, tolluntur alaudæ,
Et Constantini, turrata propè atria, firmo
Consistunt passu, simul & crux ardua cœlo
Visitur, Austriacos, Urbi latura, triumphos.

VOTUM TERTIUM.

Austria, per virtutem, ad Honoris Templum, iter.

Oraculum.

NUnquam, vi subitâ prorumpens mascula virtus,
Tota simul nituit; Majestatisque verendæ
Conscendit primo flatu grassata, curules:
Sed longâ florens ætate, cacumina scandit,
Designatque scopum: cujus per pectora gliscat
Ingrediens animum, sibi quo capitolia digna
Erigat, ut meritis, & notis clara refulgens
Auspicijs, partos confirmet honore, labores.
Talis erat primæva propè incunabula, fortis
Alcides, cujus virtuti infensa noverca
Sangvineos jussit, feralia monstra, dracones
Depasci pectus, vitamque auferre veneno:

Ast

2

Ast ubi robustus puer, implacabile monstrum
Stringit, & implexis spiris discriminat angves
Dignus, ait virtus, puer est, quem nostra mamilla
Lactet, & audaces fugat nostro ubere vires:
Hic meus hospes erit, cui post sua funera bustum
Immortale struam: famamque nepotibus orbis
Consignabo: sciētque illum ventura vetustas
Antiquos imitata Duces, inscribere fastis.
Talis Alexandri gemitus; quem conscia fama
Urgebat stimulis, puerumque assvescere iussit
Victorem deslere patrem, partisque triumphis
Nil restare sibi, quo ultrò victricia signa
Attollat, quando totus, virtute Parentis,
Orbis, in obsequium ruit? & nil restet Eo
Quo fortunati pertingat gloria nati.
Talis erat vindex patriæ, juratus ad aras
Annibal ense ferox, Romæ metuendus, & Orbi,
Dum, cunctabundas alpes, perfringit aceto
Virtuti sternens callem, quâ præside victor
Eluctetur ovans, Romanisque imperet oris.
Altius ast nostrâ surgit, jam ætate venustas
Virtutis, vulgares dedignata planetas,
Phœbeos ambit radios; magnique Monarchæ
Jam tantum, faustos exoptat adire penates.
Hic figens sedem: stabilique jugata tributo,
Austriacis subjecta plagis, fulgoribus instat,
Inclyta scepra tenens, patrio delubra Monarchæ
Constituens, reddit quinti primordia lustri.
Nam cum sævities, validis armata cerastis
Irrueret terris, & misto turbine gentes
In sua fata irent, vomerent cum prælia totæ
Danubij ripæ, furor, & qui barbarus audit
Bistonius, miseros operiret funere campos.
Sic desperatis rebus, simul omnibus unâ
Clade relapsuris jam sola, tot agmina contra
Austria, surrexit confuso cæde tyranno
Virtus, extinxitque faces, & signa coëgit

Verò

Vertere terga solo, magnasque tumultibus iras
Confudit, claros revehens temone jugales.
Sic quondam, excusso ruerant Phaëtonte quadrigæ,
Ardebatque dies, tellus, & pontus, & æther
Immensis Phœbi radijs fervebat, & æstu:
At, postquam rursus, assvescit meliore magistro,
Sub flagro trepidare Phlegon, & Cyllarus audax
Ore catenato, Titanis mandere frœna;
Prima redit facies rebus, pontusque resumit
Imperium, flammæque modum, tellusque quietem.
Inde suum quamvis solium, sibi sufficit una
Virtus, nec plebis, procerumque Ancile capeffat
Clara suis gestis, proprio splendore superba.
Attamen, ut meritos compenset jure labores,
Extruit augustam molem, quò martius ardor
Respiciat, celerique ruat festivus habenâ,
Quò vocat immortale decus, quò gloria celsum
Monstrat iter, primis quò præcessere triumphis
Romani, Graijque Duces, Spartæque Dynastæ.
Et, ne magnorum stimulator, deside stagno
Stertat honos, animos vel ne corrumpat inertes
Ignavo genio, statuit stipendia bellis,
Serta togæ, studijs felici cum æde corollas;
Sed tamen Augusto, quem ditat, Præside dandas.
Felix Imperium! dignum, quod sæcula fato
Commemorent nunquam interituro, solæque partes
Incingant orbis; timeantque attingere cœlum
Infausti populi, proprio ne funere claudant
Enceladi furias, protritisque ausibus, Æthnam
Imponant capiti, & tumulati fulmine, versent:
Nunquam legitimis impunè illudere Divis.
Sic princeps virtus: at honor, qui pendulus alis
Augustæ cernit Domui se fœdere jungi,
Evocat assvetas oleis, ad præmia gentes.
Chara Ducum soboles, regnaturæque per orbem
Stirpis, prima salus, si vivis? si tibi cordi

C

Cura

2

Cura throni ? cuius stabat fundamine virtus
 Fixa polo, fideique revixit regia : vultus
 Tolle triumphales, lætisque per aëra plaude
 Vocibus, & lauros, quas exsculpsere nitentes
 Virtutes mirare : vides ? Concordia firmo
 Insistit clypeo ? stat Amor, sed mole Timoris
 Stipatus, mediæ hinc, atque illin : insidet aræ
 Cum Pietate Fides, plaudens Victoria pennis ;
 Conculcat fasces, victi quos livida Bessi
 Perfidia eduxit campo, geminoque tumultu
 Odrysijs jubet, ad trepidam remeare paludem :
 Sic invicta, Domûs, semper Fiducia crevit.

VOTUM QUARTUM.

Fama Pacis, & Hymenæi nuncia, felix auspicium!

Epinicion.

JAm post infames Lunas, attritæque signa
 Bosphoridum, gemitumque Canis, quem Cynthia vano
 Insequitur cultu, cuius mucrone revixit
 Ante alios, rabies Asiæ : magnoque furore
 Completæ trabes, passim, turpique tumultu
 Exitium ferale volans ardebat olympo,
 Lætior inverso splendet sidere mundus :
 Jámque Tuis JOSEPHÉ thronis, advolvitur armis
 Audax, Gradivi fastus, Primique Tonantis
 Imperium, sine fine manens, cervice capeffit.
 Jam terræ est allisus apex, quem, Numen adortus,
 Occiduo tollebat humo, propriæque ruinâ,
 Sangvine contemerans, Bessam resperit arenam,
 Hæc etiam secum : proceres quem murmure, celso
 Constituere loco, scuto qui sveltus, & hastâ
 Exuvias versare Ducum, gyrare flagello
 Assvetus mundi partes, inglorius adstat :
 Et quid agat ? non arma dein, non Principis ullus

Spon-

Spondet vota favor, belli prognostica torpent,
 Et clandestini chalybes, per prælia læves,
 Vomere mutati, in sulcos vertuntur inertes.
 At, festivus Hymen, meliore coronide, lauros
 Imponens solio, transacto fœdere, Pacis
 Invehitur curru, lætos per jugera plausus
 Acclamans : cecidit Mavors, Germania sceptro
 Victrici regnans, urbes, fascisque subegit.

Nec mora : subsultans Hymenæi nuncia, pennis
 Fama volat, celebrisque urbes, terrisque pererrat ;
 Cogitur officio populus : divisæque Regni
 Otia partitur genti, quæis mutua certent
 Obsequia, & procerum studium, constante tributo
 Vectigale fluat : varioque satellite cinctus
 Prætor eat ; donec Romani nominis auspex
 Ingressu, sacras confundat vultibus oras.
 Jámque triumphali cerno, concurrere gestu
 Diversos populos : quorum quæ pompa ? quis ordo ?
 Musa refer : postquam pulchrâ statione moveri
 Stat fixum : sublimis equis delecta Juventus,
 It comitata tubis, exaltatisque per auras
 Signis, attollit vultus, & iudice plebe
 Insultat solis radijs, magnoque stupore
 Effusum replet vulgus, pectusque fatigat.
 Pars gaudent, sagulos, chlamydésque nitere decoras,
 Exuvijs horrens Tigrium, pars altera splendet,
 Exstimulatque leves, procero tergo plumas :
 Ipse inter procerum turmas, & agmina, Princeps
 Fertur : & augustas trabes discriminat auras.
 Tum medius vadit fremitus, millena cohortes
 Effundit legio : clypeis se nubila miscent,
 Et galeis flammæ, rapiuntur pulvere turres,
 Autriacumque solum, festivâ voce remugit.
 Festus ubique ruit clamor, vulgique corona,
 Per fora, perque domos currit, dant ænea centum
 Plaustra, per innubes, clangentia vocibus, auras
 Multiplici variata sono, rutilique cometæ,

C 2

In

2

In flammam accendunt turres, tedisque coruscant.
 Atque ea, dum populi, potiori ex parte geruntur,
 Ingemit æthereus portus, majoræque nubes
 Concurrunt numero, nutat defixus olympus,
 Tum medias, tremulo curru, librata per auras
 Lætitia, Austriacos campos adit, & super Urbem
 Cæsaream, niveis, fausto omine, perstrepat alis,
 Tèrque, tubâ præfaga canit, lævum intonat æther,
 Atque sub auspicijs consistens; talia fatur:
 Quod felix, faustum, fortunatumque sit, Arci
 Christiadum, Domuque Augustæ, Orbisque Theatro,
 Bellorum portæ clauduntur, vincita catenis
 Austriacis, Bellona fremit, magnoque ululatu
 Cervicem quatens, se se, super arma volutat,
 Aspice læta tuum, jam celsior Austria nomen,
 Aspice, regnantes Aquilas, junxisse Leoni
 Sceptra, nec incertis metiri sæcula votis.
 Jam mihi foeta Domus series, jam signa moveri,
 Et niveis Pax alma rotis, in vecta curuli
 Surgere spectatur, fortunatoque trophæo
 Omnibus, invictus populis dominarier Auster.
 Dixit ubi: sonuere tubæ, raucumque dedere
 Urbi tympana jussa sonum; magnoque boatu
 Æra fragore tonant, feliciaque ora resolvunt:
 Miscetur vulgi fremitus, ruit undique clamor
 Pacis, Connubijque canunt oracula Musæ.
 Regnet Io! JOSEPHUS REX, & primus Eoï
 Sceptra soli teneat, JOSEPHI fama pererret
 Ignotos populos; JOSEPHO gloria, partas
 Conservet lauros: JOSEPHUM mucro Geloni
 In pelago timeat: JOSEPHÈ per atria regum
 Illucesce togâ: in JOSEPHO plaudite gentes.


OBTULIT

Spect. ac Magnificus Josephus L. B. Maholani de Po-
 broncz Szelepchény, Ung. Posoniens. è Semin. B. M. V.

VINO



*Majestas fit amor: fit Hymen, fit pacis imago,
 scilicet Alcides sic sua corda trahit.*



VINCULA ALCIDIS GALLICANI.

ELEGIA PRIMA.

Honor, Majestatis Ædilis.

Hortè, peregrino, confedit Gratia, campo;
Et juxtà, blandus fronte, resedit Honor.
Sermones miscent unà, simul obvius agger,
Nobilis alloquij proxima causa fuit.

Sive sit hic tumulus, qui Nestoris ossa recondit:

Sive Dijs, quondam cespite factus apex.

Hic, Majestati sedes augusta, locanda;

Hoc, monumenta Deæ sunt jacienda, loco.

Qualis Romana consurgit in Urbe, Neronis

Ædes, vel fanum, quale Diana, tuum.

Talis erit facies, talis structura, coronis:

Porticus, ante domûs limina, talis erit.

Sic ædilis Honor statuit: sic Gratia, Divæ

Hæc erit, augusti nominis, æqua Domus.

Vix ea dixit Honor, vix gestu Gratia firmat;

Conscia, regali voce remugit, humus.

Pompa venit, turrita caput, niveâque renidens

Fronte parens Cybele, Duxque, comêsque chori.

Dique Lares veniunt, felicia numina, quisque

Impositum certat munus, obire suum.

Hic lapides volvit, discriminat ille columnas,

Ilte bases firmat, circinat ille situm.

Cùm sic fervet opus, grandis cùm Fabrica surgit

Cùm mitis plaudit Gratia, plaudit Honor.

Visa, per ambiguos discurrere Nympha, recessus,
 Mirari molem, stare, rubere, loqui.
 Scilicet: hæc fuerat tantæ tua machina molis,
 Quam circum stipet Gratia, vallet Honor?
 Vos ego, Dædaleo compingam numina circo;
 Hic, fastus pennas perdet, utrumque suas.
 Sive, renascenti niteat Thaumantias orbi,
 Sive, rotas noctis, tetrica luna, trahat.
 Sive, per Euboicum decurrat navita pontum,
 Seu, per Olympiacos biga recurrat equos.
 Hic conclusus Honor (dicent) hic Gratia squallet:
 Quos, Majestatis perdidit ales Amor.
 Indignatus Honor, justasque accensus in iras,
 Advocat armatas, ad sua jussa, manus.
 Et jubet, infamem Livorem compede stringi.
 Nam Dea, quæ jecit scommata, Livor erat.
 Aurea, tum medijs scandit palatia templi,
 Et Majestatem gestit adire thronum.
 Utque Domus regnaturæ monumenta legantur,
 Verba hæc, depinxit Gratia, sculpsit Honor:
 Hic resident, regnant, unâ simul æde morantur
 Majestas, & Honor; Gratia, Pax, & Hymen.

ELEGIA SECUNDA.

Majestas Honoris Pictor.

Jam quarto, melior surrexit Cynthius axe,
 Absolvitque moras, tertia Luna, suas.
 Ibant, purpureis invecata curulibus astra,
 Nec quid sit, potuit Regia scire, dolor.
 Et sine nube dies currebant, & sine spinis
 Crescebant rubeæ, ferta futura, rosæ.
 Fœdera plaudebant Pacis, plaudebat & Hymen:
 Et voce, & signis, & pede, plausit Amor.
 Tumque Jovis volucris delabitur aëre, lauros
 Floribus immixtas ungvibus, ore ferens.
 Pendula charta tenet medium, de marmore scissa;
 Apta, laboratæ molis, inesse lari.

No-

Nosco cui, retulit Majestas; ista parantur;
 Hic, hic solliciti stabit honoris, Honor.
 Cede mihi Zeuxes pennam, Aultria cede colores,
 Iris, Titanis Filia, cede manum.
 Sic ait: & genios inclamans confidet: adsunt
 Hi, quivis munus promptus obire suum.
 Cinnabaram terit is, niveam tenet iste tabellam.
 Hic lymphâ calamos eluit, ille linit.
 Majestas pingit, celerique volumine dextræ
 Absolvit, cœlo judice, Regis opus.
 Effigies fuerat, vario distincta colore:
 Exortu, qualis Cynthia prima, nitet.
 Vertice crinis erat, qualem, cum pulvere crebrò
 Tinxit odorato, pexuit, uncta manus.
 Pendulus è collo torques, pretiosior omni
 Auro, sed torquis fimbria, vellus erat.
 Majestas vultus, blandum spirabat amorem,
 Frons ebur, at labium purpura, mala genæ.
 Bis gemini Juvenes, Ganymedis fronte corusci
 Adstabant comites, & sua vota dabant.
 Hos tu, seu quatuor dicas elementa, ministros:
 Hic terra, ille aër, ignis hic, alter aqua.
 Sive voces, partes subjectas quattuor orbis,
 Sive, quod optarem sydera prima, magis.
 Hæc erat icon: quam prompto facilique labore,
 Majestatis, sub schemate pinxit, Amor.
 Nève sit obscurus regalis imaginis ordo,
 Hoc super inscripsit lemma, propinqua manus:
 O decus! ò JOSEPHÉ Orbis melioris imago
 Imperij effigiem Te, veneratur HONOR.

ELEGIA TERTIA.

Amor, Timori Aucupium instituit.

Verna dies, majale solum, solisque sereni,
 Svadebant lætos ducere, quemque jocos.
 Multa penes volucris resonabat stridula, nullus
 Turbo, conceptum qui vitaret, erat,

Ster-

Stertebat Caurus, frænabant Plejades ora ;
Langvidulos, Zephyrus solus, adibat agros.
Blandus Amor, teneris instructus, lætior alis,
E nido, properus gestit abire suo.
Bigæ venit, proli quem Cypria mater adornat,
Aptat pulvillum, lintea, tela, faces.
Ornat iter, mœstæ genitrici basia reddit,
Comptaque, non dignis fletibus, ora rigat.
Dum curram scandit, tepidas volitatque per auras,
Dum medijs, comis sarcina, currit agris.
Obviat occurrens Timor, & meus inquit : adésne
Dulcis Amor ? salve : quâ regione venis ?
Te meus ardet amor, mea te suspiria quærunt :
Siste, tui voto langveo, siste rotas.
Multa simul referunt, mirantur plurima, rident ;
Et Timor, & blandus, cespite ludit, Amor.
Sed Timor, innocuâ lætus dum saltitat herbâ,
In sylvis, auceps fit, pharetratus Amor.
Ore sonos fingit, volucres imitatus avaras ;
Et gemit, & strepitat, fistulat, hincit, agit.
Corvus adest, variôque libramine, lapsus ad aras ;
Aucupis improbuli, tentat adire casam.
Sed, dum non propriæ, malè credulus, irruit escæ :
Ustus, cras crocitat, cras strepit, atque fugit
At Timor, umbrosi captus dulcedine tecti,
Ludentis socij vimina texta subit.
Poscit, ut æream faciat producere scenam,
Quam sibi, tam dulci schemate ludit Amor.
Gaudet Amor, scenam socio placuisse Timori ;
Acceptum cippum, gaudet habere, Timor.
Provocat hic volucres, capit iste, is pellicit, ille
Plumæa, felici funere, colla trahit.
Fortunam repetunt, repetito scœnore, rursus
Blandidulum numen, replet utrumque, sinum.
Sed dum sic, pennata cohors, & plumæa turba,
Cum turdus, perdix, itque, reditque jugis,
Impatiens fortis Timor, ore silentia rumpit :
Tum simul exiliens avolat, omnis avis.

Mi.

Miratur portenta Timor, sed Amor, sua carptim
Inscribit, cunctis sensa, legenda Dijs :
Dissimula, simula, subitos moderêre furores :
Dilige, ne timeas ; ut timearis, ama.

ELEGIA QUARTA.

Timor, Amori Epulum triumphale apparat.

Lassulus aucupio Timor, insomnisque, studebat :
Qui socio, lætus posset Amore frui.
Tœdia damnabat Lunæ, damnabat & ignes,
Impatiens, querulos damnat, & amne sonos.
Nam, quid Amor possit, quæ vincula tendat amanti ?
Quos labyrinthos ! non sciverat antè Timor.
Obvia jactabat se se, petulantis Amoris
Icon, jactabat gratia, forma, jocus.
Nunc rem, tendiculum modò, se rebatur habere,
Jamque videbatur prèndere cippus avem.
Quidquid erat, quod Amor fecit, faciebat & ille,
Fistulat hic, socium replicat ille melos.
Is gemit, & gemit hic, salit hic, saliebat & ille,
Risit, corridet, plaudit, & iste canit.
Jamque rubescebat stillans aurora jugali,
Et tua, colliculis gaudia, Phœbe dabas.
Æra sonare jubet, segnisque repellere curas ;
Ad sylvas sociæ rursus camus : ait.
Accurrunt famulæ, Fortuna, lepôrque, jocusque,
Instant, accelerant, non leve munus, iter.
Quò sua metentur, designant castra, locusque
Aptus ut escarum sit, jubet ipse Timor.
Rursus Amor sua tesqua petit (nam fata volebant)
Et rursus, comitem convenit, ipse Timor.
Fœdera panguntur, succedunt basia dextræ ;
Porrigit hic florem, porrigit ille citrum.
Antè levis, jurant, flagrabit in æquore flamma ;
Quàm nostra, intereant vincula, quàmque fides.

D

Audite

2
Audijt hæc veniens Fortuna, diésque Iupatis
Inquit, jam medio devia sole, fugit:
Mensa parata vocat Nymphas, jam fercula nostris
Sunt illata thoris, Aura, venite, vocat.
Promptus Amor sequitur, sequitur Timor, obvia Nympha
Ex abaco, curvo poplite, fundit aquam
Primus Amor residet, succedit Flora, Diana:
Nam tùm fortè jugis utraque Diva venit.
Convivas urget Timor, & sua fercula laudat,
Miratur magis hæc, quàm velit, hospes Amor.
Namque triumphali, quævis surrexerat esca
Mole; dapes propriæ, nempe Timoris erant.
Ardua tùm primus referebat mœnia missus,
Ex quibus, instabant deflua signa, globi.
Crateres medios replebat sanguis, & unda:
Exemplum Paridis scilicet istud erat.
Irritatus Amor, propero secat impete molem,
Hæc simul in dulces, corrui aula dapes.
Et liquor ex cyathis it candidus; & rubicundus:
Redditur hinc concors forma Timoris, Amor.
Dum sic gestit Amor, dum plausibus omnia gliscunt,
Dum propè pallidulos Luna, relaxat equos:
Jupiter ex cœlo stillantes apperit arcus,
Diffugiunt celeres. hinc Amor, inde Timor,

ELEGIA QUINTA.

Pax Hymenæi Cytharedus.

ADvena nuper Hymen, augustos fortè penates
Attigerat, festis curribus, Urbe volans,
Porta triumphalis, surgebat pervia Divo,
Affectum populus, Regia, vota dabat:
It campis legio, procerum comitiva, triumphus,
Sibilus, & plausus aëra voce petunt
Jamque suas felix Hymen pervenit ad ædes,
Jam socio thalamo Numine junctus erat.

Conti-

71
Conticuit fremitus vulgi, strepitusque tubarum;
Quæque suam petijt turba quieta, domum.
Ut noscatur Hymen, quâ tandem parte quiescat,
Exponit tedas, Lumina clara, faces.
Errat in umbrosis plateis Pax, plurima volvens,
Quo placeat Regi munere, vel quid agat.
Argutam sub veste chelym, fors illa ferebat;
Hæc inquit, charum nunc modulamen, erit.
Vix tangit, dubio trepidantes pollice, chordas,
Vix bene, crispato pectine, fila movet:
Audijt, illustris, cantatrix hospita, famæ,
Audijt, arborei duxque, comésque soni.
Nescius audiri psaltes, sua barbita peçtit,
Sed reddit truncos, mimula Nympha, sonos.
Observat responsa, putat placuisse Hymenæo;
Urget, naturæ quidquid, & artis habet.
Nec mora: respondet vocalis Diva, suosque
Quos antè accepit, reddit avara sonos:
Impatiens vinci, repetit quo cœperat ictu,
Ne proprius, gustu decipiatur, amor.
Nunc tinnit tantùm Cytharâ, sed tinnit & illa,
Jam strepit, & currit, currit & illa, strepit.
Ergo simul Cytharam moveamus dixit, & lo
Conscia, nocturnum dextera, crispet ebur.
Sic ait, & flexus jam istos, jam circinat illos,
Per vaga fila volans, irrequieta manus,
Assurgit, currit, serpit, volat, exilit, instat,
Et redit, & sequitur, prævolat, urget, agit.
Orpheus haud aliter vocalis, currere jussit,
Dum cecinit, refugas ad sua plectra feras:
Thebanus non sic Amphion saxa coëgit,
Dum movet, instabili flexilitate, manus:
Ut Pax, argutos Hymenæo lusit Amores
Æmula, jam fesso pectine, vota canens.
Finierat totam, jam Pax, quam calluit artem,
Expectans, repetat si æmula Nympha melos.

D 2

Sed

2

2
Sed frustra : ergo satur Cytharædus, gutture pleno
Conclamat ; vici plaudite , *Vivat Hymen* :
Erubuit nimirum Echo , certare chorago ,
Conticet , & reddit non nisi : *Vivat Hymen*.

ELEGIA SEXTA.

Hymen Paci Tedam accendit.

NOx erat ; & tepidis currebant otia pennis,
Nec ventus, ludos qui remoretur, erat.
Insolitum memorabat Hymen phantasma choraulæ,
Lætum Pacis, adhuc aure sonabat ebur.
Jam carptim, tardè modò, jam vaga chorda terebat ;
Argutos, læto carmine, pulsa fonos.
Mandat Hymen, festivis ignibus ardeat æther,
Et Paci rutilent, lumina rara, faces.
Circumagit tedam, signum simul omine fausto
Dat Vestæ, officium sustinet illa suum.
Et micat, & crepitat, rutilantia sydera spargens,
Reddit & alternis, otia blanda, jocos.
Hinc, solvit triplicatas ærea machina flammæ,
Alternis reddens murmur inane, jugis.
Nunc ær, vario circumdatur igne, statimque
Ut scandit nubes, decidit inde globus.
Nunc iterum, vario libratus tramite, gaudet
Æthereas, flammis pervolitare plagas.
Ac rursus dubio sphaeræ libramine stare,
Inceptam, cursu mox revocare, viam.
Ut solet, aëreo volucris dum constitit, arcu ;
Jam, pendere levis, jam, gravis ire gradu.
Mille jocos ær resplendet, mille coruscat
Ignibus, & lusu lumen utrùmque tenet.
Scilicet assurgit veloci flamma volatu,
Et jacit assiduas, missa per æthra, jubas.

Huic

Hinc Leo confurgit, sed Majestate verendus,
Inde Jovis tutrix, fulminis ales, ovat.
Nunc Amor in flammis raptatur, nunc Timor ardet,
Et rursum, in ventos, pulvere sparsus, abit.
Nunc iterum, in celsum volitantia corda feruntur,
Nunc oleæ, palmæ, nunc sacra Laurus hiat.
Quod mirère tamen, plaudentibus ignibus, ipsa
Atria cœlorum, conscia gesta canunt.
IOSEPHI INVICTI, Vt sponsalia NVMina stilent :
Urbes AVGVSTÆ, Debilita Vota ferunt.
Parte aliâ, quæ lucus abit, quæ sylva, nemusque
Confurgit, rutilans flamma, legenda dedit :
VICTRICES AQVILÆ, neCtVnt sibi signa, Leones,
sic tVVs, ô FELIX AVSTRIA, Constat aMor.
Applausere tubæ, varioque libramine, farti
Assurgunt pyrio pulvere, mille tubi.
Se præeunt, fugiuntque, volantque, micantque, ruuntque,
Ut subitis, mixtus depluit imber, aquis.
Luxit ubi levibus, festus sic ignibus ær,
Illuxit, revehens phosphorus, Orbe diem.
Pax redit, & cessat tedarum pronubus imber.
Dissimulans abitum, spontè, recedit Hymen.
Forrè penes vates aliquis, spectacula vidit.
Hæc simul inscripsit, versibus apta suis :
LVCEAT AVGVSTIS CONSTANS, PAX ALMA TROPHÆIS
AC SVPER, AXILIFERAS EVOLLET ILLA FACES.

ELEGIA SEPTIMA.

Ungaria, Austria Corda offert.

Austria ! spes mundi, decus immortale, labantis
Ungariæ, & primas inter, habenda Deas.
Sive per umbriferas tua gloria pergat olivas,
Austria ! Te Princeps, Urbs Tua, sive tenet.

D 3

Alcy-

2
Alcynoi viridaria, seu magis incolis, hortos :
Nota Tibi tellus; Nympha morare : vocat.
Diva mane : vultus noster, ne terreat asper;
Jam fugit è nostrâ martius ensis humo.
Nec furor, impatiens vinci, sua tela minatur,
Quæ fuit antè ferox, nunc Dea blanda, venit.
Jam nemus omne viret : felices collibus ulmi
Assurgunt læti : crescit adulta Ceres.
Gestit humus, blanditur ager, stat copia fructûs,
Jam lætabundis, defluit Ister aquis.
Diva mane : nostris indulge vocibus aures;
Non querimur, placidè verba jocantis erunt.
Diva mane : cœli munus, mundique voluptas,
Flos Regni, Imperij Regia, plebis amor.
Et quamvis squalens veniam, scœdata capillos,
Sum Regina tamen, sanguine juncta Tibi.
Olim & ego, felix regnabam Diva, per orbem,
Austria! tûque meæ pars quora, fortis eras!
Nostraque certabant vestigia tangere gentes,
Et vicina sacro, regna cubare, sinu.
Tu tamen, imperio semper mihi prima fuisti,
Te colui Matrem filia, chara Soror.
Si tamen indulges, te compellare Sororem.
O Regina! mei purpura, prima throni.
Audimur! venit humanissima Gratia : & ultrò
Se nostris offert vultibus! ipsa Charis.
Sed, quæ nunc nostros feriunt spectacula vultus?
Anne pharetrati, tu Dea prima chori?
Quid pendens humeris arcus? quid spicula signant?
Anne hostis, rursus mœnia nostra quatit?
Hic Dea subrisit, censes me ait anne furorem?
In nostris Regnis non nisi regnat amor.
O dilecta mihi Regina! morare, quiesce :
Te favor, & noster Te comitatur amor
Austria chara : mei cordis pars, accino vota :
Vive, sed æterni sæcula vive DEI.

Corda

1
Corda fero, sed amorè tui, ferventia corda,
Accipe, non renuis? quàm grave munus erit.
Cernis, inexhaustis fumant mea corda sub aris :
Atque tuis, redolent candida thura, tholis.
Flagrat amor, comitantur opes, Te Regia quærit :
Te Regni Sponsam, Te meus ardet Amor.
Vota petis? facilèsq; sinus, præcordia nempe
Regni votorum, Cor tibi, meta datur.

ELEGIA OCTAVA.

Austria Ungaria solatia reddit.

Ungariæ tellus, vicinaque Regna, Sorores :
Quæ mihi, grata datis munera, sunt, & erunt.
Firma tuo, agnoscit, semper stetit Austria cultu.
Tu, circumseptæ, murus ahenus eras.
Præside te vicère Aquilæ, plaudebat Alauda,
Unica tu mihi, te fortior ipsa, manes.
Seu Princeps nostris Oriens circumstrepit oris,
Sive procellosus ingruit Auster aquis :
Tu ratis aggressæ, Mea Tu tutela, comèsque,
Tu vigil, Austriaci lingula cordis eras.
Stabas, assiduo quando quatereris ab icu :
Funeribus, squalens Ungara terra, tuis
Dum pacem turbant, sævæ fastigia Lunæ;
Occasumque tibi Thrax minitatur iners.
Tu contra levibus, velox conniteris armis,
Acceptum, jugulo reddere, vulnus Hydræ.
Te pietas, cultusque DEI commendat avitus,
Jure, mea ut vel in hoc sis, potiore Soror.
Te squalere refers felix Regina, resume,
Sic jubeo : primum frontis in Orbe decus.
Si nihil adversi sensisses Diva, lateres;
Mentio nec fieret nominis, ulla tui.

Scili-


2

Scilicet, infesto Princeps exercita casu
 Censuram, turpi tempore, laudis habes.
 Et, tua si facies caderet, frontisque voluptas,
 Cur, tantis esses janua facta, procis?
 Mille tibi tituli virtutis, mille figuræ:
 Ut dicar Divæ par ego, Túque mihi.
 Eja triumphali, redimi tua tempora, Lauro:
 Hac rursus nobis apta duabus erit.
 Surge, velut cinerum commixtis surgit ab umbris
 Phoenix: Sidoniâ conditus antè pyrâ.
 Ac veluti vitis, procera pendet ab ulmo,
 Tuta stat, & flores jactat amœna suis:
 Sic Tu, juncta Túæ Reginæ, Regia Virgo,
 Erigere, ut folijs uva marita suis.
 Cingite pacificæ, mecum vos cingite Divæ,
 Et blandas, oleis cingite, fronte comas.
 Lassatas armis, pretioque resumite vires,
 Plaudimus, in nostro est Pax opulenta sinu.
 Ibis Amor populi; Regalis gloria Regni;
 Nemo, tibi posthac qui dominetur, erit.
 Ipsa cicatrice obducto vulnere sano.
 Et Regina, tuam grata saluto manum.
 Ipsa ego Diva tibi meritos decerno favores;
 Inviçtis, Sacrum fer Diadema, comis.
 Aspirétque tibi cœlo felicior ætas;
 Et prior accedat gloria, forma, decus.
 Atque meum, tellus charissima, pignus amoris
 Accipe, sufficiens nunc mea, Laurus erit.

O B T U L I T

Spectabilis, ac Magnificus Georgius L. B. Ghyllány de Lazi,
 Ungarus Posoniensis.

SUP.



*Ut pax firmetur, pietas assistat ad aras;
 sed præsit, fausto Numine, vera fides.*



SUPPLEX LIBELLUS.

Provinciae Hæreditariæ, in arcano Imperij Consilio, coram Augusto Romanor. & Apostolico Ung. Rege, JOSEPHO I. Victorioso, Pacifico, causam, humili adoratione, constituunt.

ORATIO PRIMA.

Provinciae Hæreditariæ, labe hæreses contaminatæ. Pro veræ Religionis unitate.

Novum crimen, Auguste Rex JOSEPHE, & antehac in municipijs, Sacro Imperio, & ditioni adjunctis, inauditum. Profanata Tempa, Sacrorum Antistites, partim cruentati, partim fustuario afflicti, ab aris, à Divorum Imaginibus, à Sanctissimæ Religionis cæremonijs abstrahuntur, conculcantur. A. Impunè jactant se, sceleratissimi homines, atque virus suum pestilentissimum; non modò in se continent, quò truculentiùs, ad labefactandas colonias adolescant; etiam afflare illud per agros, & urbes, in absolutissimam populorum perniciem, non verentur. Tanta scilicet eorum pereundi insania est, ut ne soli intereant, præturas, arces, præsidia, ac populos in suam calamitatem pertrahant; vivunt siquidem aliorum scelere, & quod impudentissimum est, in sanctissimas quòque Leges, & sancita à majoribus nostris, ad nos derivata, debacchantur. Nihil eos innocentissimorum annalium, quos & dilacerant, & execrabili, pro arbitrato suo, convulsione discindunt, observantia. Nihil castissima antecessorum Religio, & fides, à qua per injuriam avelluntur. Nihil tot gentium, sæculorùmque consensus, atque autoritas, movere potest. Itaque, ut tantæ temeritati, fræna injiciantur, ut salus Reipublicæ salva, ac integra conservetur, ut veræ Religionis, inviolata consistat unitas, quâ confirmatâ
A. *Novissimum exemplum in Hungaria.*

E

omnis

2
omnis felicitas, & fortunæ, postliminiò reversuræ sunt; Te, Hæreditariæ Provinciæ Tuæ, Auguste Rex JOSEPHE rogant, atque obtestantur. Animum facilem adverte ad ea, quæ exponunt, ac, ad avitam Religionem, non amplificandam modò; sed & inferendam omninò, ad quam, à natura ipsa comparatus es, felici annutu, & Imperio assurge. Quis porrò, in Provincijs nostris, status rerum fuerit, quo tempore, DEI immortalis cultus castus, atque integer permansit, tùm ipsi recordamur, tùm à vetusta rerum præclarè gestarum memoria, nobiscum repetimus, tùm etiam ad fastos inviolabiliter translata, summâ animi jucunditate commemoramus. Enimverò, floruit in nobis Orbis Imperium, in Imperio Regiones, in Regionibus populi, ac Urbes, in Urbibus leges, sub legibus optimarum artium, atque humanæ societatis commercia, suus erat pietati honor, moribus sanctitas, nèque in hoc virtutum omnium domicilio, exultabat improbitas, cujus auspicijs, ipsa sanctimonia recepta fuerat. Nunc verò ex quo fidei, & Religionis præsidia, ad discissæ in se, ac divulsæ à vera Ecclesia, tanquam capitolio, desciscentis temeritatis perfidiam, aliquâ parte commigrârunt, jam tumultuosus discordiarum excitatus ager, atque seditionis arx, flagitij petraë imposita, unde virtus omnis, pietas, fortitudo impugnaretur, & singulorum scelerum vis, & audacia roboraretur; quo robore omnem majorum gloriam, omnemque secutorum famam, contaminarent, nostram, si non omninò, asiduo suo accessu, infringent; at certè labefactarent. Horret, ac refugit animus ea, vel brevi commemoratione repetere, quæ post illas, Reipublicæ pestes, atque labe, Majoribus nostris, optimè de Religione meritis, alijs inspectantibus, alijs indolentibus, alijs auxiliium, & suppetias molientibus, alijs etiam conniventibus, summo quidem flagitio, sed maximâ Divorum immortalium injuriâ, contigerunt. Profanata delubra, eversa, incensa sacrorum manium receptacula, altaria Præfulum cœdibus commaculata, avulsæ suis è sedibus DEO addictæ Virgines, violatæ Urbes, cruoris eluvione repleti campi, ac, ut cum diuturno furore, sæviretur acerbius, ipsis cadaveribus inflicta vulnera, ut sæpiùs mori viderentur; qui semel vixisse deserant. O Provinciæ! ô Imperium! ô Regna! quis usque eò nostri, aut potiùs Christiani nominis hostis, tam efferus, ac atrox repertus fuit, qui hæc sine lachrymis intueri potuisset? qui non quereretur? vòsne illa estis? tot virorum fortium, tot Augustorum Prin-

cipum,

71
cipum, tot Ecclesiæ Patrum, incunabula? vos inquam? quæ non modò integerrimam Religionem suscepistis firmiter, sed & ad vicinos populos promulgastis, Vos? quæ Europam, Affricam, Asiam, gestis, atque etiam feliciter confectis, pro auspiciatissima fide, bellis, nobilitastis, Vos? quæ montem Quirinalem, & cum illa, impunitatem Romanam, vel violatam, vel aggressam, vestro auxilio, vestris viribus, & defendistis, & ornamentis illustribus affecistis, in direptionem, in flammam, in libidinem improbissimorum sectariorum cedatis? ô labe! ô scelus! In hac autem tantæ, tamque immanis impudentiæ, atque crudelitatis consuetudine, quæ crebris incitata motibus, tanquam graviore jactatione, Imperij nostri fines invasit, quid securitatis inter mœnia, quid gaudij in re agraria, quid tranquillitatis in humano consortio, aut esse, aut fieri posse nobiscum constituamus? nisi hæc publici otij peste, bonorum omnium corruptelâ è terris nostris ejectâ, atque propullatâ, in antiquæ Religionis Senatuum unâ omnes convolemus. Hoc præcipuè agere, hoc spectare, hanc mentem, hoc consilium, & nostrum, & Tuum Auguste Rex JOSEPHE esse debet. Quod quidem Tuâ cum primis curâ, & sollicitudine, tùm nostrâ omnium, à te derivata felicitate; id agimus, ut nèque de vita, nèque de fortunis, aut imminuenda, aut diripiendis, vel rima spei affulgeat, conceleratis capitibus. Quid enim censes Auguste Rex? quid existimas? eos aut posse, aut debere, Tuo Sceptro, Tuo Imperio esse obsequentes, qui quæ furant, undique prospectant, quorum audacia, eò jam pervasit, ut decernendis ipsis legibus, se pares autument, quorum arbitratu, consilia tractentur, Senatus dirigantur, Præturæ invadantur. An non illi, ubi invaluerint, contrahent copias? evocabunt finitimos populos? succenturiabunt sibi, projectam in omne scelus audaciam, quibus partientur possessiones, dividant agros, prædia, & municipia paciscentur, & consignabunt. Inquieta scilicet, à primo suo ortu, hæc labe est, utpotè, quæ seditione nata, tumultu adolevit, perturbatione, ac maximâ rerum temperatissimarum confusione vivit, atque nutritur. Possemus equidem, & retroactorum sæculorum fato, ab hujus infamiâ accersito, & nostræ ætatis memoriâ, id autoritate (si tamen autoritas dicenda, quæ scelere contaminata est) ferociam gestorum, stabilire, at cum ea, ita pervagata sint, ut primo cujuslibet, qui ea, aut audivit, aut intellexit, intuitu comprehendi possint: illud certè minimè prætereundum existimamus, adeò jam

E 2

robo.

2

2
roboratam hæresis audaciam, ut non solum, viros armet in perniciem nostram, sed & novas excitet Amazones, quarum genius ad mansuetudinem aliàs comparatus, cum furere, ac incendi incipit, longè funestior sit, validissimis copijs, ad decernendam, morte ipsâ, victoriam, in aciem eductis: ac expeditis. Quid enim atrocius; quid funestius esse, aut fingi potest? quàm usque aded ritibus nostris sanctissimis, ac cæremonijs Ecclesiæ nostræ, ac fidei vetustissimæ, fœdifragos insultare: ut quò latentius, ac magis impunè, ægras ac labantes tuerentur partes, Mulieres adornarent, quæ Sacerdotes nostros invaderent, lapidibus propè obruerent, è foro, ex Urbe propulsarent. B. Néque hîc constitit audacia: nam & nocturna instituuntur conventicula, seditiones excitantur, conjurationes jam adultæ, in publicum prorumpunt: nota loquimur, vera commemoramus, quorum fama, an majori voluptate affecerit improbos adversarios, num, uberiore commiseratione, juratam cultui Divino pietatem incendit, non usquequaque liquet. Nam cum improbi, ac impudentes homines, in omnes nationes fidentiùs, malè sartarum suarum opinionum lacinias assuerent, eveniebat, ut in magna totius Christianitatis perturbatione, securi delitescerent sub flagitij veste, & Principes bellorum curis distracti, ad cohibendam illorum perfidiam, animum, cogitationesque adjicere non satis commodè possent. Bellum siquidem cum plurima in se mala contineat, tum illud imprimis, quod & sceleratissimis hominibus, audaciùs peccandi, afferat facultatem, & ut plurimum Consulibus, Regniq; Optimatibus connivendi necessitatem. Nunc verò, cum immortalis DEI curâ, & providentiâ singulari, effectum sit, ut & atroces illæ bellorum tempestates sedarentur, & illa, tam ardenti cupiditate, expectata Pax, cœlo demitteretur, & illorum animi, qui simultatibus videbantur implacabilibus divisi, Divino conjungerentur fœdere, quis non intelligit fore, ut Principes nostri, Orthodoxæ Religionis propugnatores acerrimi, ad evellendas, falsorum dogmatum radices, ad purgandam, quidvis pro lubitu sentiendi colluviem, omnes vires, & conatus adjiciant, Quod quidem Tu, Auguste JOSEPHE, Rex Religiosissime, & nunc vehementer fieri concupiscis, & vehementiùs Te indes facturum polliceris. Meministi enim Te, ijs Majoribus procreatum, qui ut sanctissimam Religionem, suis in ditionibus, & stabilirent, & amplificarent, ut venena efflantis hæreseos hydræ, caput eliderent, nullum periculum unquam pertimescendum,

B. *Recens factum Anno 1699. ibidem in Hungaria.*

dum,

71
dum, nullam difficultatem detrectandam, nullam non amplectendam strenuè decertandi provinciam, putârunt. Quare, Auguste Rex, quid potissimum deceat, clementissimè decerne, nos conticescimus. Sed, en Europam, ad sacros pedes Tuos, capillo, ac vultu laceram, oculos, genâque lachrymis perfusam, lamentabili voce, suam à te salutem, fidem, Religionem constantissimè deposcentem. *Dixi.*

ORATIO SECUNDA.

Ungaria, pro Sacrorum delubrorum, Presidiorum, & Urbium primævo flore.

EXistimabam semper, atque ita mecum constituebam, Sacratissime me Princeps, Rex Apostolice, Auguste JOSEPHE; eos, quos providentissimum DEI gubernium, ad Imperia evexit, non solum tutari Regna feliciter; sed & eam mentem animo inditam accipere, quò uberiùs, & tranquillius possessiones suas, moderari valerent. Siquidem cum ij, Numinis annutu, ad hanc dignitatem perveniunt, & Divorum præsidio inaugurantur, fieri: ut tranquillâ rerum singularum potestate agerent, & ijs adminiculis firmarentur, quæ commissum sibi populum, in subjectione, ac reverentia continerent. Quo in genere, Rex fortunatissime! nemo potest tecum, hâc ambitione contendere: insuperabile genus est fortunarum, cum ipse populo, sit præmium Imperator. Nam Tuum Te Nomen, Tua de nostra memoria Patris autoritas, Tua ætatis gratia, Tua ista venerabilis forma, ipso Divorum consilio assistere, atque ad pulvinaria considerare, palàm faciunt. Gratulamur equidem JOSEPHE naturæ, ac moribus Tuis, quod Te talem LEOPOLDUS Pius genuerit, talem cœli decreta formârint, ut pius, ac religiosus esse, non invitus cogaris. Accipe itaque Rex Sacratissime, accipe nostrorum sensuum confessionem. Dolemus, & quidem vehementer dolemus, quòd diruta Divino cultui consecrata fana, suisque in ruderibus, ac parietinis, obsoleta Divorum intueamur Tempia; Provincias verò, atque Urbes florentissimas, Regia olim æraria, vel peculio destituta, vel attritâ facie, multum labefacta, incolamus; sed dum Te cernimus, hanc nostram querimoniam excessisse credimus, quamquam quid excessisse dicamus? cum eâ nos affatim liberatos videamus. Tua siquidem, Auguste Rex, immortalia beneficia, quæ ad nos perventura sunt, in ore omnium nostrum, oculisque versantur: Facilis igitur, nos id flagitantes sustinebis, qui antea jam idem

E;

facere

2
facere constituisti. Quod si dulcis, accepta in bonis calamitatum recordatio est, si volupe, tempestatum nautas, si medicos morborum, meminisse per jucundum, an non mala mea audire consentaneum erit, ut Imperatorum beneficia, cognoscantur. Nam si à meis ordiar malis, quæ ex omnibus terris, atque colonijs, quarum periculum commune mecum erat, haud injuriâ primatum vendico infortuniorum; erit. quo melius pericula inspiciantur, atque commiseratione acerbitatis, ipsum fati genus mitescat, cum meliora spondeat, jus secuturi Imperij. Etenim, ne redactas ad numerum dignitates, exutos trabeis viros consulares, superstites suo in ludibrio senes, & adolescentium, sub ferro constitutorum, flendam securitatem, leviter commemorem: ipsa ego florentissima cæteroquin Provincia, dum miserè consisterem misera, vetabar agere miseram; imò cogebam mentiri me beatam, & cum solis desertis, ac depopulationibus meis, credidissimè occultum dolorem, in publicum procedebam, alienæ fortunæ vultu: est aliquod calamitatum delinimentum, affudisse dolori lachrymas, & animum suspirijs laxasse: ut, nulla crudelior afflictio est, quàm esse miserum, nec videri. At hæc omnia, ipsa meâ infelicitate, jam indurata, obcalluerant animo, neque, præter levem fortunarum commotionem, dispendium aliud, afferebant: cum verò ad antiquam Regni mei Religionem, quam Sanctissimi Reges, atque majores, summâ contentione, & defendebant, & amplificabant, respicerem, magna ex parte, non imminutam modò; sed extinctam intuerer, illud accedebat incommodi, quod cum illius interitu, meum ipsa fatum decernerem. Equidem, ita tum ipsa mecum cogitabam, nullum Imperium, nulla gens, aut natio, tam beata floruit unquam, cujus vel accessio, non haberetur à Numinis cultu, vel conservatio à sacra Templorum cura. Quid hinc Romanos in syllabum evocem? quid nobilissimas Spartanorum, aliorumque populorum Republicas? quid ipsorum Græcorum Imperium? quando vel unus Macedo Philippus, ad inclytum nomen, non sine Numine grassatus est per Sacrorum tutelam; eò potissimum tempore, quo Phocenses, Delphici delubri in vasores, sacrique ærarij, belli promovendi prætextu dirreptores, sub lauro, in fugam convertit, profligavit, subegit. Magna est Divorum cura, & providentia, in eos præcipuè, qui ea, quæ eorum honorem contingunt, curant, & ne eorum fama, aut vetustate, aut inimicorum incurfu collabascant, provident. Nam, cum & naturâ, sic ordinatum sit, & antiquâ Patrum nostrorum Religione accepimus,

71
mus, DEO immortalis, primas deberi, à cujus ordinatione, rerum bene gerendarum auspicia, consisterent, ejus honorem violatum cernere, nec commoveri, quantum Reipublicæ exitium afferet, æquum est divinare. Quamobrem desinat mirari, qui Divorum cultui, aras consecratas violari sinit, ac everti, fortunas suas, ac felicitatem, tam celeriter consumptam, ut non modò patrimonium, quantumlibet amplum, diffluere persentiscat, sed, & novis, iisque acerbis incursumibus, statum Reipublicæ scædari animadvertat; cum undè suffragium fortunæ accipere debebat, neglecto auspicio, ad congerenda tributa dilapsus est. Sic semper censui, ac etiam non mediocri Regni mei adjumento comperi, quamcunque illam, Templorum nitore, adjectam opum, ac thesauri cumulationem, ampliori fructu, in meas possessiones dimanasse: videbam nimirum tot erecta, adversum hostem præsidia, quot sacras ædes conspicerem in quorum firmamentum, incursum audacia, suo quidem detrimento, sed meâ gloriâ, diffringeretur: commemorabam acies, summo impetu, in perniciem municipiorum meorum, effusas, hinc constitisse; ut aquarum immanis vis, ad repagulum incurrens, maximo conatu allisa, detumescit, ac retrolabatur; atque ut summa complectar, hinc statuebam trophæa, hinc manubias hostium appendebam, hinc popularium vitam, hinc salutem omnium, hinc coronam, hinc fortunas meas reclinabam, & stabiliebam: Quod si, effusa interdum sæviendi libido, in scelere triumpharet, non desistebam tamen, ab hac suppetias mutuare, quam longo usu compereram, differre tantum, non negare. Pronior scilicet est Numinis clementia, ad auxilia conferenda, quàm nostra postulatio, ad illa efflagitanda. Inde est etiam Gloriosissime Rex, Pax ista quâ fruimur, inde Reipublicæ tranquillitas, quâ beamur, inde Europæ universæ, ac præcipuè, Austriæ Serenissimæ voluptas, quâ cumulamur. Jacerent Regna nostra, sine immortalis fama, si earum accessio, à cultu Templorum, non derivaretur; insolesceret superba gentilium classis, orbi utcunque formidabilis, nisi ad hunc scopulum frangeretur; iret ad ignotos populos immortale Christianitatis nomen, ubi ab hac basi declinaret, neque à cohærentia ejusdem sustentaretur. Quid? quod ipsa barbaries, suam in delubrorum cultu, & Sacrorum inviolatâ fide, statuatur felicitatem. Mirabar vehementer, atque etiam sæpius (nam quid hæc negem) erubescere, majori sollicitudine, ac industriâ, abscissam ab Ecclesia labem, ad suos convolare ritus, & ad tuendas omni nisu, & contentione, ludicras,

2

dicras, eâsque pestilentissimas sanctiones accendi, atque inflammari, quam ad veri DEI observantiam, Christianitatem, nos ipsos, animum adjecisse; quibus prius negotium est, se, suasque fortunas complecti, quam illi, & id quod acceperunt; & quod consistunt, vel mediocri sui profusione conferre. Extinxisti Auguste Rex, comitate tuâ, hanc querimoniam. Tu siquidem Magno LEOPOLDO genitus, cujus alta bonitas, præfens clementia, temperata serenitas stabilito optimè Reipublicæ statu efflorescit; intelligis posse Te, ad Divi Patris Tui vota explenda, adjectione virtutis Tuæ, & felicitatis, assurgere; neque verò unum aliquod bonum, uno die præstabis, sed sæculorum immortalia facinora, in singula momenta compensabis, vel illo uno, quò vegetalium imminutione Provincijs Tuis obtemperaturus es! quod Tu, quam miti indulgentiâ facies, nullus unquam veterum Imperatorum, municipijs suis, aut cumulata bonitate impertivit, aut firmiore securitate prospexit, aut majore auxilio communit. In partem gloriæ hujus, venerat & Trajanus antiquitus, at divisa consignati beneficij portio, ornamentum clementiæ abolevit, propinquius accesserat Antonius, nisi, retractatâ, à successore fidejussione, tabulisque ereptis, commodum Imperij, veteri largitione corrupisset. Quod si tu Attice Xenophon, qui ad Cyri virtutes recensendas, votum magis, quam veritatem adjecisti, cum, non qualis esset, sed qualis esse deberet, commonstrâsti, ad nostram ætat in reservatus fuisses, in JOSEPHO nostro videres, quod in Cyro optabas, non comperiebas. Beata igitur Provincia mea, regnante Te Sacratissime Rex, cujus auspicio, & curâ, stabunt erecta clementiæ monumenta, & Basilicæ immortale ejusdem nomen, in suo flore loquentur. Gestiant siquidem illæ jam, & dum Augusti Regis JOSEPHI Nomen commemorant, se postliminio assurrecturas sperant, quamvis quid sperent, cum indies, auctiore ornamento cumulentur, & reflorescant. *Dixi.*

ORATIO TERTIA.

Bohemia, pro Corona sua assumenda, Tutela.

Si Bohemia, Juri Tuo Sacratissimo inscripta, Auguste Rex, funditus se commovere posset, atque ambitæ Majestatis obtutui sistere; tota profectò, coram, Tuis maximis virtutibus, præstantissimisque beneficijs illaqueata, eam, quam animo concepit lætitiâ, effunderet,

71

deret, & se, recenti voluptate recreari, perentisceret: quòd ad illud ævum pergerit, quò & soveretur, & cui Imperium suum, maximâ sui accessione committeret, videret. At, magis gestit animo, & fiducia securitatem accepit, ut ipsa, in sui aditu Domicilii, strata ante pedes Tuos, Vultu Tuo Divino recreata, porrectâque invictâ dexterâ sublevetur. Nunc, ea in Urbe, quæ præ cæteris, assiduè præsentia Tuæ jucunditate perfruitur (habebit hæc felicitatis suæ, æmulam Pragam) vota sua, & desideria, subsistere cogit; nè mora longioris expectationis, impendium sit majoris poenæ. Quantumvis, non est, cur calamitatem prætexam; cum Clementissimo Sole irradiatum solum meum usurpem: at gemino magis illustrari, avara felicitatis meæ Oeconoma exambio, nè ulla caligo, officiat lumini, cujus expers, ut obscurata involverer, non sentiebam modò; sed & exerebar. Quamvis igitur ille felicissimus dies, proximis Kalendis celebratus, Imperij Tui natalis habeatur, qui Te, meo voto primus ornavit, jam tamen illud Tibi additur honoris Imperium, quod omisso ambitu, nil possit Tibi fortuna imputare; siquidem non suffragatio Procerum, nec tumultuosa aliqua favoris consensus Te Principem faciunt, nascendo Coronam adeptus es. Et cum, nec Lacædemonijs licuerit, instituto, Rempublicam tueri suam, nisi Regem, ex stirpe Herculis eligerent. Te Magni Patris, Magnum Filium, Auguste Rex, ornamentum maximum boni publici, cumulatis votis, amplectitur Bohemia felicitas, quæ de Te, tantum expectat, quantum Imperio polliceris. Quid autem his temporibus fortunatius, beneficio Augustissimi Patris? qui tam providè nobis Reges constituit, ut utamur eorum commodis, ac integra ætas superfit, undè nostram, diurnitate felicitatis, possimus consolari tranquillitatem. Equidem, vel solo Te, Auguste Rex inspecto, jam tota Reipublicæ nostræ salus assurgere videtur. Gratulandum etenim nobis est cumprimis, quòd à natura efformatam Regem, talem in nos transtulerint syderum decreta, cujus immortalitate, superstes refulgeat Corona, & ipsa sui apud nos mansione, beetur. Nam quid Macedonis, jam ab ineunte ætate, ad difficillima nata complexio, in comparatione indolentia Tuæ, plusquam Regiæ, in se continet admirationis? quamquam illud, vel pueri adhuc reptantis per clypeos, Magnanimitas, non unius mundi Imperium consecrabatur. Quid Poeni illius Ducis, Æmæthiæ alpes diffringentis, totamque latè Italiam, suo robore pervadentis,

71

dentis, invictus animus? ad Tuam, quæ parta est victorijs, gloriam
cujus quidem data Divis fides, jam tum illum Dijs simillimum effi-
ciebant. Quid Horatorum (ut nihil commemorem, de inclytis
Romani, Græcique Imperij Consulibus, & belli Præsidibus) Quid in-
quam Horatorum? pro dirimendo Reipublicæ fato delictus, memo-
riæ apud posteros obtinuit, quod, quoquomodo, cum Tuo Auguste
Rex, nascendi Imperio, conterri possit? Rapitur quippe, ad similitu-
dinem Antecessorum, excellens quæque natura, neque sensum, ac len-
tè judicium facit secuturi boni, cum & amplificat, adjectione fortu-
næ, quod accepit, & tuetur religiosè, quod consecutus est: illud e-
tiam præstantissimum efficit Principem, si ab ineunte adolescentia,
lineas duxerit, quibus virtutum effigies commodè insculpi possunt,
ut toti Orbi spectandæ exhibeantur. Et verò, cur cernendæ Tuæ,
Auguste Rex, imagines, Orbi propemodum univèrso commenden-
tur? quando ipsa præclarè gestorum gloria, univèrsas Christiani no-
minis partes, cumulativè pervasit. Quid hîc in syllabum revo-
cem, Augustissimi Patris, communes tecum victorias? quas non ex
Oriente modò, at, ex Occidente etiam reportavisti uberrimas: Quid
de constituto; atque etiam secundis auspicijs, ad Invictissimam Do-
mum, cum censu, traducto Austriacorum Imperio? cujus accessio,
Regni mei decus est, & ornamentum. Quid pacatæ malaciam Eu-
ropæ? quàm tertio jam lustro, insurgentes procellæ, & tempestates,
adeò validè impetiverant, ut quæ emeritura esset, vix speraret. Quæ
ego, non recreata modò, sed & in meo otio stabilita, quòd vivam
experior, quòd verò feliciter vivam, Tibi in acceptis refero; ita ex
Augusto Tuo, Sacratissime Rex vultu, in subjecta etiam saxa effundi-
tur semen ferax gloriæ, quod continuò in palmas efflorescit civiles,
& nobilis fit partus triumphorum, obstetrice cognatâ virtute. Jam
verò si ad illam respiciam partem bonorum, quâ subditam, in Tua
possessione concludis fortunam, etiam, atque etiam, majoribus accen-
dor votis, in Tuo, salutem meam, aras, penates, ditiones reponen-
di sinu, in cujus, immortalibus, Reipublicæ meæ consignatis meri-
tis, vel ignorans conquievi. Et verò, ut fortis essem semper, & bel-
licosa, quid egi aliud, quàm ut ab Austriæ fœderibus, non descisce-
rem, à Numine autem victorias derivarem, in quo olim fiduciam
constitueram. Dum enim præterlapsum annorum, iastante cala-
mitate, inter sacrum & saxum (ut ajunt) hærerem, reflexit cursum
fortu-

fortuna, & ne aliqua regio Augustissimis triumphis vacaret, nevé
lauri municipiorum sterilecerent, ut nunquam debent, invictum no-
men, ad uberrimam gloriæ segetem, etiam in Coronam meam di-
manavit. Hæc illa scilicet in me, constans benignitas Numinis Invi-
ctissimi, ut maximæ voluptatis sensum, majoris expectatione boni
obruat. Quid jam Principes instabilitatem fortunæ increpent? fir-
mant eam, quicunque merentur. Parcant infidelè, vitiosâ queri-
moniâ nuncupare DEO infideles, Pij famulatur. Levitate morum,
levis evadit, consistit cum Fide, & Justitia. Atque adeò, quod eam
tam constantem in Tuis beneficijs Auguste Rex, experiaris, efficiunt
virtutes omnes, in intimum pectus admittæ, admisisti autem, penè
ante, quàm se ingererent, vitæ probitate, constanti morum sancti-
moniâ. Quâ firmitate, fortunam in certamen conjecisti, ut æquè
difficile sit evulgare, an melior sis, an felicior? Eò consilio credide-
rim Divinum gubernium, tot honoribus Te in Patre cumulavisse,
ut scirent Principes cæteri, eam felicitatem casui vicinam, quam im-
probitas contingit, quæ autem virtutis basi inniteretur securam con-
sistere, & se indies altius efferre. Vide jam Sacer Rex, quo consilio?
quâ Fide, fortunatissimum Tuum consecræ Imperium, noli succensere
æquissimis votis, subscribe precibus, neque diuturniore morâ, differ gau-
dium, quod Tuâ præsentia in me, meumque Regnum conferendum est.
Et si Publius Scipio, Italiâ remoturus Hannibalem, arma sumpsit Adole-
scens, si Marius, Syllanâ exempturus Urbem factione, bellum susten-
tavit Senex, quàm consultò, metu eximetur Provincia mea, & novo
auspicio firmabitur, cum amborum conjunctione, utraq; ætas in
nostram confluit tutelam. O! felix in uno Imperio felicitas! feli-
cior! in utroque requiescendi otium. Dixi.

ORATIO QUARTA.

Transylvania, pro reditu Jure veteri, Artium, & Scientiarum.

CRedo ego, Auguste Rex, non quidem Te, qui semper, omni-
que tempore præstantissimarum disciplinarum eruditione, cu-
mulatus es; sed eos, quos humanarum litterarum cognitio, parum
commovet, pleròque mirari, quòd ego, qui ab integro jam sæcu-
lo, ad hunc usque diem, nunquam in publico dixerim, & quantu-
luncumque illud, quòd furtivâ quasi operâ assecuta sum, privatim

ac concluso otio suppresserim, nunc demum, jactato quodammodo tyrocinio, ad summam dicendi Provinciam assurgam, & illi me ingeram Senatui, ad quem, nihil, nisi castigatum, ac probe perpolitum, accedere consuevit. Quamobrem, ne quid, aut arrogantiae imputetur meae, aut, apud stupentes audaciam meam, in dubio ponatur causa, aut Animum, Scientiarumque reditum flagitanti, succensendum arbitretur aliquis, illud cum primis agendum mihi esse putavi, quo ab alienae laudis cupiditate, ad honesti rectique ornamentum transirem. Et verò, quam multis infedit, periculosus hic error, quò autement, enervari studiorum industriam animum, atque vires, ad praestantissima quaeque, in Rempublicam gesta, praeparatas emolliri, ac labefactari; sic fit, ut detrimentum, insanæ libidinis, corruptelâ morum ematur, quasi non aliâ viâ, ad honoris apicem grassaretur adolescentia, quam per gradus flagitiorum; & pudori esset florentissimæ ætati, non esse pravam, & vitiosam: accedit & illa, improbo huic consilio labes, quod arroganti quodam fastidio censura, perstringantur disciplinae, eaque à nobiliore ingenio removeantur, ac ad tritum, & commune vulgus relegentur, quibus, si quis supplicium imprecari vellet, an gravius mulcicaret eorum ignaviam, quam si hæc ipsa desiderij consecutione, eos cumlaret, quæ tales evaderent, quales ipsi esse cupiunt, improbi simul, ac imperiti. Ante omnia autem ad Sacratissimum Augustissimi Patris Tui, Tuumque Auguste Rex, tanquam ad puriorum, ac eruditorum Musarum Praesides, me inclino Domicilium. Adjiciatur illud singulari providentiæ Vestrae erga me beneficium, ut qui Provinciam hanc, olim eruditione, Romano nomine gloriatam; sed gravissimâ clade percussam, à latrocinio impudentissimorum hominum liberastis, eandem immortalibus, liberalitatis Vestrae monumentis, dignam censeatis: & tantò sit illustrior gloria restituti, quantò ipsa moles restitutionis immanior. Magna omnino vis, magnumque commodum situm est, in litteris Sacrae Rex, ad conservandam, & omni felicitate cumulandam Rempublicam. Nam cum rerum bene, ac providenter gerendarum auspicia, à publica tranquillitate, ad quam omnia dirigenda sunt, habeantur, illa verò à Civium consensione dimanet, cujus ipsa virtutis pulchritudo Principem agit, hæc autem, ab ipsa litterarum cognitione derivetur: illud evenit, quòd sine litterarum cultura, nullum Regnum diu florens, ac beatum esse possit. Ponamus ob oculos,

omnes

omnes hominum ætates, omnem Urbium, ac Regionum moderationem, omnia populorum, & Gentium celeberrimarum initia, & progressus, ab amore litterarum, ad eam, quæ gloriatur fortunam pervenisse, quibus si illæ demantur, ipsa felicitas, sua cum origine adempta esse judicatur. Cum enim hæc jam in sinu, utcunque receptæ, non modo bene dicendi commonstrent viam; sed & rectè vivendi rationem constituent: fit; ut virtutis splendorem, & vitiorum turpitudinem pectori insculpant, cujus moderatione, floridior Juventus, frænum cupiditatibus injicere, & efferentibus se se flagitiorum fluctibus, quibus ea ætas, non mediocriter agitari consuevit, repagula objicere discat, atque ea, quæ ingenuos mores contaminant, refugiat, & verecundia, ac honestatis rationem, rebus cæteris anteponat. Rectè equidem sensit Nazarius: *Litteras omnium fundamenta esse virtutum, utpotè continentia, modestia, vigilantia, patientia, magistras*, quæ universa, cum in consuetudinem, tenerâ ætate venerunt, omnia deinceps officia vitæ, & ad ipsa, quæ diversissima videntur, militiæ, atque castrorum munia convalescunt. Nam tametsi, reperiantur plurimi, qui litterarum tractationem, pacatâ, ac in otio consistente Republicâ, non dignam modò judicent, sed & pernecessariam, utpotè quam in præturis florere oporteat, ne inscitiam evertantur earum leges, & decreta, iidem tamen occupatâ bellis Civitate, præteritis illis, tanquam inertibus, existimant, nullum earum usum, esse posse, aut debere, quorum quidem præpostero judicio quid insanius dici potest? cum non probè intelligant maxima ex parte, consilio, ac prudentiâ bella geri, atque has virtutes, studio litterarum comparari. Certè Agamemnonis, in potiunda faciliore impendio Troja, desiderium erat, non Ajaeis, & Achillis multitudo, sed Nestoris in decimum numerum revocatio. Quid? quod ipsi Sapientiæ Principes, Socrates, & Plato, ter stipendia meruerint militaria. Brutus deinde, quantus belli Imperator! eâ ipsâ nocte, quæ Pharsalicam pugnam antecessit, plurima legit, & scripsit Polybij Epitomen commentans. Illud etiam apud Lacædæmonios in more positum accepimus, quotiescunque ad castra profiscerentur legiones, ad Regium divertisse Tabernaculum, ubi Tyrtæi carmina, auribus exciperent, quibus belli consilia, incitamenta virtutum, periculorum solatia continebantur, quibus incitati, non fortes duntaxat; sed & læti se se efferrent ad mortem, pro Patria, si fatum tulisset, operendam: usque adeò quantumvis inertes censeantur litteræ, trophæa

2

71

trophæa statuunt immortalitatis. Equidem semper, ita existimavi, neq;
dignius aliquid, neque ornatius afferri posse sapientiâ, cujus celebritas,
& aliqua nominis consecutio, homines transmittat ad posteros, & eo-
rum memoriam vindicet, à communi tumulo oblivionis: ita Athenæ,
ad memoriam nostram devenerunt, solo musarum cultu, facturæ aliàs
sux gloriæ jacturam, nisi hodieum vocales loquerentur, sua in erudi-
tione. Et quis porro ambigat hunc cultum Scientiarum, jure quodam
mihi deberi, siquidem cum inter feros populos, & solâ barbarie præ-
cellentes mea intercedant confinia, quàm pernecessario fato, & ipsa
ego, huic Satyrorum cœtui permiscebor, atque eam, ad quam, à na-
tura comparata sum, civilitatem, asperâ, & durâ facie contaminabo:
facile namque consuetudine vulgi, mores improbi, in sanctissimas etiam
Provincias dimanant, nisi horrore ipso ingenuo revocentur; at, quâ
vi? quove interventu revocabuntur? nisi eam, quæ ingenuum hunc
pudorem in se continet litterarum culturam, amplectantur. Religio
certè ipsa, & modestia, jam utcùnque mecum vivere assveta, sterile-
scat, oportet, si ignorantia accesserit, cujus tenebris splendidissimus
veritatis Sol obfuscerur. Quandoquidem, malè in se divulsa Sectarum
colluvies, jam ipsum apud me eruditionis ornamentum invasisse vi-
detur; excoluntur illi siquidem publico studiorum stipendio; ut ego in-
fentes rudis abeam, patent illis adyta Scientiarum, ut mihi claudan-
tur, agunt illi summo conatu illa, quæ ad conservandam, & verò etiam
amplificandam conducunt audaciam, ut ego silere edocta, illorum fla-
gitijs me opponere, nec ausim, nec possim. Quare Auguste Rex, vel
hoc inculto meo dicendi genere, ad Majestatis Vestræ eruditissimum
Solum, humi affusa, accedo, ornatius relatura grates, ubi votis frui-
licuerit, atque aliquid ex communi illa luce adferre, quo benevolen-
tiæ in me collatæ fructus, cognoscantur. Néque committam, ut meis
ipsa votis, malè videar ominari. *Dixi.*

O B T U L E R U N T

- Paulus Jaszfi de Kuthnar, Perillustri Ung. Holicziensis.
 - Stephanus Niznyanski, Prænobili Ung. Arventis. è R.N.C.
 - Matthias Emódy, Prænobili Ungarus Vasardienfis.
 - Andreas Kruspier, Nobili Ung. Szolnensis. è R. N. Conv.
 - Franciscus Martinek, Nobili Bohemus Behinensis.
 - Joannes Szendrey, Nobili Ungarus Nagy-Jaczenfis.
- 3
- 2

2

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is arranged in several paragraphs and is mirrored across the page.



1

1

2

3

71

1

2

1
2

SANCTUS CAROLUS
BORROMAËUS.

KOLOZSVÁR, 1699.

SZK. II. 1954.

LH.: MTAK-RM. II. 293.

VEGE

1
2